




IOANNIS

Maldonati Hispaniola
nunc deniq; per ip-
sum autorem resti-
tuta atq; deterfa;
Scholiisq; locis
aliquot illu-
strata.



1535.



IOANNES MALDONATVS
LECTORI. .S.



I nemo mortalium: vt inquit
Plinius: omnibus horis sapit:
quidnam mirum videri debet
alicui: bis me iam pridem, nō
dū solidato iudicio, delirasse:
& quū hoc argumentum excogitabam: &
postea quū euulgari sū passus: Fateor equi
dem præstitisset: nō prius emissum: quam
maturuisset: & multa quæ minus honeste
luxuriant in eo: resecata fuissent. Ceterum
quando per naturam permissum non est:
vt verbum semel emissum reuocetur: vela
mentum pudori nostro: quod vnum habe
mus: obtexamus. Annus erat ille pestilens
sextus decimus ab hoc: in cuius bruma inge
nium meum parturiebat Hispaniolam: &
sane solent eiusmodi tempestatibus noua
quædam: raroq; visa generari. Forte fortu
na: quū vrbs affecta lue certatim relinque
retur: puer me? in illa fugæ trepidatione ius
sus secum efferre Platonem & Aulum gels
lium: extulit Plautum et Apuleium. Non

dum ad eam diem ego tentaueram stylum:
& eram plane cupidus explorâdi eius. Ra
puit me tunc feriatum a bonis studiis Plau
tus suis deliciis ac iocis: & extra vitæ insti
tutum longe protrusit. Commentus sum
nouum argumentū: sed nostris annis ma
gis accommodum: nam in hoc nihil me cer
te iuuat Plautus: cæterum inter meditan
dum, sales & ioci Plautini circumsonabant
aures meas. Eleuat etiam meam culpam tē
pus atq; locus: nulli rei nisi nugis, aut pro
fundæ mæstitudini aptus. Dices tu tamen:
Cur ædidisti? Hoc etiam mei iuris nō fuit.
Suboluit Hispaniola quibusdā bonæ in
dolis adolescentibus: quum repetiuimus
urbem: quibus idem meus puer copiam fe
cerat clanculum: qui præparantes se mox
actioni: prius ediderat maiorem partem:
quam furtum ego percepissem. Itaq; quū
reuocare non possem, quod multorum me
moriæ fuerat mandatum: connixi potius
æditioni: quam penitus assensum præbui.
Prodiit in lucem: nolente me, & apud He
lionoram Galliæ reginam: quæ tunc erat
Portugalliæ non leui sumptu acta: spectan

te procerum caterua, summoq; senatu. Ite-
rum est postea, me non minus inconsulto,
Vallidoleti formis excussa: sed aliquanto
diligentius. Nunc autem cum pararent ty-
pographi denuo prelo committere: & dis-
simulare non possem, composuisse me re-
stituendam mendisq; purgandâ: atq; scho-
lis locis aliquot: quo fugiam efflagitatio-
nes continuas, illustradam: operæ precium
duxi. Reliqua mei propositi prologus a-
bunde explicat. feliciter vale.

**INDEX VOCVM ET DICEN-
di figurarum, quæ potissimū in
scholiis explicantur, per
ordinem alphabeti.**

A.	
Abacus.	pag. 107
Abdicare.	pag. 144.
Acherontinum.	pag. 149.
Addicere.	pag. 21. 149.
Adere manum.	pag. 19
Adolescenturire.	pag. 131
Adorea.	pag. 95.
Adozare.	pag. 133
Ad manum.	pag. 72.
Adolescere.	pag. 107. 113.
Adulterinum.	pag. 93
Ad unguem.	pag. 68.
Aequi boniq; facere.	pag. 94.
Affamig.	pag. 83.
Agoranonus.	pag. 84.
Alea, Aleam subire,	pag. 130
Alcyoniæ noctes.	pag. 9.
Alisofum.	pag. 68,
Altrinfecus.	pag. 102
Anachoreticus.	pag. 27.
Animitus.	pag. 134.
Antiquus.	pag. 76.
Apage.	pag. 134.
Arbitrari,	pag. 77. 130.

Articulus.	19.95.
Astularim.	93.
Astruere.	102.138.
Attiguum.	18.
Auctorare.	93.
Aueruncus deus, Aueruncare.	49.
Bulga.	72.
B.	
Blaterare.	19.
Blatire.	78.
Boniconsulere.	58.
Bucedę.	(*) 34.
Bulgarum sectoꝝ	34.
C.	
Cacisotechnos	28.
Calamistrum. Calamistratum.	131.
Canabe cincti.	77.
Caperare.	6.68.
Captabundus	149.
Capulares anus.	73.
Castra cupidinis.	113.
Castellani nummi.	73.95.
Cataphrattum	138.
Cateruarium;	115.
Catulire.	55.
Cauda salax.	119.
Cauma.	28.
Causa cadere.	73.
Lenſio.	134.
Lenones.	(*) 21.
Cerusa.	107.

Certificare.	144.
Cyathiffare.	40.
Clatrum.	125.
Clepere.	18.
Colonia fontium animarum.	77.
Compitales puellę.	105.
Contendere ab aliquo.	138.
Confertio.	48.
Condolium.	48.
Cribro haurire aquam.	52.
Crittati excubitoꝝ.	28.
Crocodilus.	47.
D.	
Dapales menſę.	34.
Decipula.	130.
Decidia maceria.	18.
Decuriones.	28.
Delectus.	(*) 19.
Deliquitum.	149.
Delibutum.	85.
Demuffare.	125.
Depalmare.	102.
Deperire.	22.
Deprecor.	138.
Despondere animum.	19.125.
Deuotiones.	(*) 101.
Dicam ſcribere.	134.
Dynasta.	68.
Diobolares puellę.	105.
Diribitoꝝ.	107.
Differrı.	92.

Dispendium. ————— pag. 48. 122.
 Displodere. ————— pag. 154.
 Distrahere. ————— pag. 92. 149
 Domi forisq;. ————— pag. 17.
 Domuitio. ————— pag. 105.
 E.
 Ecclasis. ————— pag. 19
 Efflicim. ————— pag. 19.
 Effutire. ————— pag. 68. 130.
 Eleutheria. ————— pag. 34
 Elumbis. ————— pag. 84.
 Emussitatum. ————— pag. 19. 105.
 Epistilium. ————— pag. 140.
 Erugo. ————— pag. 95.
 Esculentum. ————— pag. 94.
 Euax. ————— pag. 101.
 Exenterare. ————— pag. 92.
 Exolescere. ————— pag. 83.
 Exoticum. ————— pag. 100.
 Exterminatus animi. ————— pag. 95.
 F.
 Facere mulieri. ————— pag. 122.
 Facere fucum. ————— pag. 115.
 Facere furtum etati. ————— pag. 77.
 Familicium. ————— pag. 21.
 Fax prima. ————— pag. 85. 101.
 Feriē. feriatas. ————— pag. 12
 Ferruminare. ————— pag. 113.
 Filum. ————— pag. 113. 122.
 Foro nostro res verti. ————— pag. 2. 77.
 Fositare. ————— pag. 149

Fringutire. ————— pag. 68. 150. 158.
 Frustratim. ————— pag. 125.
 Fuscis auibus. ————— pag. 49.
 G.
 Genium defraudare. ————— pag. 85. 144.
 Genio litare. ————— pag. 28.
 Gerro. ————— pag. 19.
 Gerre. ————— pag. 83.
 Gynecium. ————— pag. 40.
 H.
 Harpagare. ————— pag. 105.
 Hilum. ————— pag. 84.
 Hostimentum. ————— pag. 40. 144.
 I.
 Ientaculum. ————— pag. 77.
 Imbrices narium. ————— pag. 5.
 Impluiatum. ————— pag. 28.
 Imprecari. ————— pag. 113.
 Incedit Cupido. ————— pag. 27.
 Inescare. ————— pag. 95.
 Inficias ire. ————— pag. 134.
 Inire consilium. ————— pag. 51.
 Inire gratiam. ————— pag. 18.
 Inimicari. ————— pag. 125.
 Induic. ————— pag. 95.
 Industiatum. ————— pag. 107.
 In lente vnguentum. ————— pag. 35.
 In rem esse. ————— pag. 55.
 Insistere viam. ————— pag. 96.
 Insistere limen. ————— pag. 77.
 Inscendere. ————— pag. 95.

In sinu gaudere.	109.
Infolare.	59.
Infultare.	55. 131.
Intemperie.	102.
Intempozius.	101.
Intendere litem.	77.
Intendere aciem.	84.
Interaea.	54.
Intermittere et omittere.	2.
Interpollatum.	107.
Inuersi mores.	17.
Inus. 115. Furulentum.	28.
Inurere notam.	138.
In vnum nidum conspirare.	73.
In vtrumq; oculum quiescere.	49.
In vtramq; aurem quiescere.	122.
L.	
Lacinia.	22.
Laniena.	105.
Lapsantia verba.	68.
Laruale simulachrum.	33.
Lingulaca.	61.
Lyncei oculi.	59.
Linare caput.	93.
Locutuleus puer.	19.
Loci pro genitalibus.	72.
Lupus adest.	61.
M.	
Mander.	35.
Madacti probitate.	5.
Macherophozi.	93.

Madescere.	130.
Madalacum.	131.
Malum interiectio.	58.
Mancipatus.	17.
Mantare.	94.
Manticulari.	92.
Manipulares consilii.	122.
Mangonizare.	107.
Manumissio.	34.
Martem agere.	101.
Mastix.	92.
Mastigia.	35.
Matrimonium clauatum.	115.
Medius fidius.	101.
Mel fundum tenet.	102.
Merenda.	77.
Montani populi.	18.
Monoculus sagittator.	7.
Morsicatum caput.	78.
Morsiuacula.	72.
Mozari.	73.
Mulierofus.	73.
Mulierem facere.	102.
Murcidi.	122.
Mussare.	48.
Mussitare.	61. 19.
N.	
Naturalia pro pudendis.	34.
Nauci non esse.	138.
Negocium facessere.	48.
Nepotatus, Nepotari.	9. 28.

Abil morari. :: pag. 73. 96.
Abomenclatura. pag. 49. 119.
Abuge. pag. 9.
Abusus et Abrenatus. pag. 144.
Ab.
Aboliterare. pag. 37.
Abotendiculum. pag. 138.
Abcultus. pag. 134.
Abconomia. pag. 28.
Abominari. (.,.) pag. 149.
Aborchestra. pag. 8. 9.
Aborchus. pag. 78.
Aboperam ludere. pag. 125.
Abopima spolia. pag. 144.
Abopsonare. pag. 107.
Abostratum. pag. 94.
Ab.
Abpalliatas. pag. 58. 134.
Abalpones. pag. 34.
Abalpum Abalpare. pag. 68. 140.
Abannosus. pag. 19.
Abarcere in verba. pag. 115.
Abarerga. pag. 64.
Abarentare. pag. 131.
Abathagium. pag. 119.
Abedica. pag. 134.
Abellar. pag. 105.
Abensiles vuc. pag. 28.
Abensilis gradus. pag. 101.
Abensilem facere. pag. 28.
Abergregari. pag. 68.

Abperipetasmata. pag. 107. 119.
Abhoeniceum. pag. 19. 101.
Abhyrgiones. pag. 101.
Abperistromata. pag. 40. 119.
Abpignerare. pag. 95.
Abpili non facere. pag. 68.
Abpoculentum. pag. 94.
Abplagipatida. pag. 52. 34.
Abpoenitudo. pag. 101.
Abpollucibiliter. pag. 107.
Abpostliminium. pag. 131.
Abpostliminio redire. pag. 52.
Abpostulare. pag. 10.
Abprestigiatrix. pag. 63.
Abpresentaneum. pag. 19. 105. 144.
Abprestinare. pag. 107.
Abpretectus. pag. 93.
Abpronus. Abpronus spei. pag. 107. 102.
Abpropudium. pag. 68. 101.
Abpropter me. pag. 134.
Abprosum rursus. pag. 140.
Abprotelare. pag. 69.
Abprouincia. pag. 82.
Abproueneta. pag. 63.
Abpuluillus laboriosus. pag. 55.
Abpunicante auroza. pag. 18. 105.
Abpurpurisum. pag. 107.
Ab.
Abrauis. pag. 119.
Abremeriri. pag. 101.
Abrependere. pag. 58.

Reuerticula annua,	19.
Rimabundus,	18.
Riugi,	7.
Ronchus,	5.
S	
Saga,	63.
Saginarium,	52.
Salaris coena,	52.
Salum cogitationum,	18.
Salutigerulus,	18.
Sanguinolentum habet oculum,	138.
Scipio pro baculo,	144.
Scitulus puer,	40.
Scortum,	19.
Scurrilitas,	54.
Sedentaria respiratio,	63.
Segmentum, segmentatum,	107.
Semiconspicuum,	115.
Sequestrare pudorem,	48.
Sequior sexus,	83.
Sycophanta,	77, 134.
Syrtes,	140.
Soloecismus poenitendus	84.
Sorbilare,	72.
Sospitatrix Maria,	48.
Strabulum,	140.
Stemma,	130.
Stentorea vox,	35.
Stimata cerea,	34.
Stipendiosum,	138.
Stipendium facere,	95.

Stomachus, Stomachosi,	83, 131, 93.
Spei pronus,	102.
Stragula,	40.
Stratioticus,	122.
Strige,	83.
Strigosum,	21.
Strophium,	107.
Subarrare	125.
Sublegere,	131.
Sublinire os,	93.
Successive horę,	6.
Succidaneum	93.
Suggrundia,	59.
Suppetias ire,	102.
Superi et inferi qui,	149.
T.	
Tardus,	83.
Talaris vestis,	101.
Techna,	77, 134.
Temporinus, Temporarium,	49, 96.
Tentum eliquare,	105.
Terriculamentum,	33.
Titiuicium,	149.
Toralia,	40.
Transena,	107, 134.
Trite,	149.
Trifur,	18.
Trulla,	40.
Tuburcinari,	113.
U.	
Uadimonium deserere,	73, 93.

Castramentum.	pag. 63.
Caricosum.	pag. 113.
Celitari.	pag. 71.
Decors animi.	pag. 102.
Derbero.	pag. 52.
Dererdarius.	pag. 113.
Diernaculum.	pag. 5.
Diestiplica.	pag. 39.
Dicem sermonis reddere.	pag. 61.
Dilitare.	pag. 93.
Dibices.	pag. 33.
Dicifitudines.	pag. 28.
Diligē castrozum.	pag. 100.
Ditio vertere.	pag. 8.
Ditē dispēdium facere.	pag. 121.
Dombra.	pag. 61, 64.
Dombriticum.	pag. 95.
Doluptrarius confictus.	pag. 119.
Dolatilem bouem conspicari.	pag. 17.
Dotis stare.	pag. 39.
Dzigo.	pag. 119.
Dsus.	pag. 93.
Dsu venire.	pag. 51.
Dsuraria societas.	pag. 49.
Dultuosum.	pag. 54.
Z.	
DZelotipia.	pag. 73.

IOANNES MALDO
 NATVS Magnifico primaq;
 nobilitatis viro Iacobo Osorio
 Cordubæ Præfecto, S .P.



Aec quæ lusi ruri ex pesti
 lētia feriat⁹: ad te: desicca
 to nodū atramēto: qua
 liacūq; mitto. No quod
 probem (quis enim rude
 hoc inexplutumq; ausū
 luce nec momentaria di
 gnum: iudicet sanus?) sed vt ante quā Vul
 cano permittam: aut Thetidi: testimoniū
 ferāt: mādatum tuū de floribus ex Plinio:
 ac Liuiio: classicisq; certis autoribus excerptē
 dis: intermissum a me potius quā omissū.
 Lege interim ludicra: seria ni fuerint per cō
 munitates: quas dicūt: intercepta: iam iam
 subsequenter. vale.

SCHOLIA IN PRAECE
 DENTEM EPISTOLAM

¶ pestilentia feriat⁹ serias agens: et otio
 indulgens ruri: quoniam pestis inuaserat vrbem.

Sunt enim ferie latinis dies cessationis ab opere. Vulcano permittam aut Theridi, metonymia est: ponitur enim Vulcanus pro igni: et Theris pro aqua. Intermissum potius quod omisissum intermittimus ad tempus: omittimus omnino. Per communitates sic appellant Hispani popularem factionem: qualem vidimus eo anno comouentem totam feriem Hispaniam in bella ciuilia aduersus magistratus et nobilitatem. Quam rem Waldonatus septem libris exposuit.

PROLOGVS.



Felix faustusque opido multum hic nobis dies illuxit: qui tam lubentes nacti spectatores probitate, dexteritate, doctrinaque mactos: sine ronchis: sine narium imbricibus cispireni: gelidoque, postquam viguit: Arlanzone poti, Hispaniolam actitabimus Maldonati. Sic mihi vernaculis libuit instrepere vocabulis: ut Phoebo turgidis compendiarium faciat primus aditus reuersionem. Exporgite vos: ecquid frontem caperatis? Haud quidem fiducia ductus: comcediam non dico: comce-

diantem fabulam dat: et propositum accipite. Anno proximo: quo Carolus tunc rex: nunc iam felix Imperator augustus, Hispaniae fausto sidere apulit, Burgi pestelaborabat: cunctoque clades dispulerat ciues. Proinde pestilentiam: quae regionem funestauerat adiacentem: huc illuc noster hic lusor fugitans: demum Vallegeram salubrem tunc vicum, et arcem sui patroni munitissimam pertendit: ubi librorum pabulo: iucundissimamque destitutus amicorum comitate: ne per charitularum lusionem: ad quam, pro boni mores, succissuam hoc temporis horae locatur: qui supererat census efflueret, soccis tricisue impliciti nullis (quis enim inter aleas numeros meminerit?) comici personam induit vsurariam: simul ut periclitabundus ingenium laetiaque in lingua vires: hibernas noctes tangeret: simul amantibus perditis amicis ne sine amoenitate consuleret. Siquidem in hac voluptatibus conferentes angores: nullo negotio subscribent, amorem sellequam meliore foecundiosem. Interdium autem: quare aliquid quis: quid? Perdices aucupatoris diuaticae.

bat laminis: anates ve suffigebat de iuncis: argenteis siue certado numismatis, sagittas in scopum monoculus dirigebat, iucundū se præbens ac comem cum quibus diuersabatur. Caueant igitur rubiginosi, palore buxo deformati: quos iam iam ringi audio, vel quod reptet potius quā incedat: inter salebras generatæ. vel q̄ alienis sitisquam mis interdum picturata, longissime quidem a pierio cœlo nutritæ (quū ex vsura ipi plærumq̄ delphici celebrentur) vitio vertere Hispaniolæ: si nolunt ex orchestra fieri larytico morsu lanienā. Sine protinus facelant. Eiafmodi nāq̄ gregem putidum graueq̄ olentem, deambulatum a nostri cœtore candore dux histricus iusserat ablegandū. Non talibus porro: sed vobis moratis domesticis, qui nugis potius: quam nepotatis bus alyoniatarum noctium fecisse iacturā, consulētis boni: tēperauimus. Quibus etiā argumentum paucis explicabimus.

SCHOLIAIN PROLO

GVM.

(Lubentes) hilares et lauētes, Mactos) Ly

mulatos magis ancros p̄bitate et cetera. (Rondebis) Sāmer derisionib⁹. (Marium imbricib⁹) i. rugis: que derisoribus in morē imbrum et imbrum cum densissime corrugantur in marib⁹. (Lispyre nei) Hispani: et alludit ad vocē italicā et romanā. Itali enim transalpinos et transpyreneos / in se vero omnes: qui sunt extra italicam populos: præter grecos: vocant barbaros. Et quia Hispaniola cōdita est in Hispania: et Burgis in aula principis acta: merito comoedus Hispanum autorem appellat cispyreum. Nam Pyreneus saltus est et mons: qui diuidit Hispaniā a Gallia. Postquā v̄git) v̄t fuit: et erate v̄git. (Cicisimū enim quintum annum agens Waldonatus Burgos venit: vbi et ad hanc diem vitam degit. Arlanzone poti) Non solum condita est ab Hispano: sed et in ea regione Hispaniæ: que frigidissima censetur. Est Arlanzō Fluuius Burgorum: quem gelidum iccirco appellat: quod Burgensis regio frigidissima vulgo habetur: ad alias plerasq̄ Hispaniæ collata. Vernaculis) propriis et domesticis: nimirū Hispanis. (Phoebos) turgidis) Sunt adeo tumētes quidam et turgidi sui quadam eruditionis fiducia, vt phoebum ipsum totū concepisse: et eius ore loqui videri velint. (Hos) quia nihil probant: quod nō sit vel ab ipsis cōditum: vel a patris latinis inuentum: dictionibus nonis: nimirum Arlanzone Waldonato: et Hispaniola deterrēt histrio: vt si nonis vocabulis offenduntur: et audire non sustinent: statim abeant: et ab aditu primo sabule reuertantur:

ne multa cogatur audire: que displiceant: Expro-
gite vos: ecquid fronte caperatis? Hædebantur au-
ditores & spectatores admirari: et frontem corru-
gare: quod esset in Hispania: qui comœdiaz cõpo-
neret: cum Italia sãdudum comicos non producat.
Caperatis? rugatis? Est caperare in rugas cõtra-
here: a cornuum caprinorum similitudine. Haud
quidem fiducia ductus? Refert causam: cur nõ de-
beant mirari: non enim profitetur comœdiam: sed
datum: quod arduum: et plane superbium esset:
sed comœdiãtem fabulaz: que scilicet imitatur co-
mœdiam omnib? lineamentis: & ipsa pene forma.
Sed quia numeris nõ astringitur: neq; actib? pla-
ne distinguitur: quod propriũ comœdiãrũ est: me-
rito comœdiã non audeat appellare. Sui patroni
Jacobi osorij viri patricij: cui fabula dicata est. An-
toz) scriptor. Ludere dicunt poetę: quũ carmina
componunt. Successive horũ que negotijs serijs
suffurantur. Succis tricus ve? Sen? et ordo est. in-
duit personam vsurariã. i. ad certum usum. comp-
ci nullis focis aut tricis impliciti: hoc est: sumpsit
sibi personam. i. fictam faciem comici non tamen
numeris aut pedibus astricti: sed soluti: et libera-
ozatione lasciuietis. Et quoniam poetę comici foc-
cis utebantur: quod genus calciamenti præpedi-
gressum et in cessam: merito foccos & tricis posuit
autoz: pro numeris et pedum mēsurã: que poetas
retinere videtur: ne quocunq; velut ozatores pagē-
tur. Interdum autē querit aliquis: quid? cũ otium
autozis nocturnum dixerit fuisse huius fabule cõ-

positionem: quo viraret: ac fugeret lusum charta-
rum: nunc de otio diurno rationem reddit. Aucu-
patorijs laminis) Genus est fallendi perdices: quo
tunc autoz utebatur. Spicis enim triticis allicun-
tur: que ita suspendunt lamiam: vt vel leuiter ta-
ctis spicis: corruat: perdicesq; distendat. Est di-
uaticare distendere: et in diuersum separare. Ana-
tes ve suffigebat de incis) Erãt in eo pago inci fre-
quentes prope aquam: vnde velut ex insidijs ana-
tes: que cõueniebant hiberno frigore ad aquam:
sagittis conficiebat Maldonatus: qui hoc genere
aucupij tum temporis oblectabatur. Argenteis si-
ue certãdo numismatis) Hoc erat aliud gen? oble-
cramenti et lusus. Deponebãt singuli nũmos sin-
gulos: & qui melius collinabat: scopijs proprius
centrum sagittam defigebat: depositam pecuniãz
auferebat. Donoculus) sagittarij alterum oculũ
claudunt in collimando. Zucundum se prebens)
Non tam id agebat Maldonatus: quo se oblecta-
ret: quam ne tetricus: et parum comis videretur.
Hactus enim erat cum amicis: vt ea lege noctes
haberet immunes ludorũ et aleationis: si dies to-
tos daret ipsis amicis: et honestis voluptatibus.
Quos iam iam ringi audio) Erãt tunc quidam in-
videntes autoz: qui se traducturos: quicquid ab
eo ederetur: cõminabãtur. Ringi enim murras-
re: et clanculum maledicere significat: est tamen
propriũ canum: quũ volũt mordere. Vel quod res-
pet potius quã incedat) Carmen numeris et pes-
dibus constans incedere videtur: quia pedes ha-

bet: oratio vero soluta reptat magis quam incedit: quod pedibus caret. Itaq; sensus et ordo est. *Lancat inuidi: qui rãq; rubigine pleni/ buxco sũt colore deformati. Tertere vitio/ .i. dare vitio/ hispaniolis/ paniole. Quod reptat porius quã incedat/ hoc est quod soluta sit oratione potius cõposita quã carmine. Generatẽ inter salebras/ .i. saxozũ asperitatẽ res. Nam Gallegera est admodum salebrosa/ z in equalis propter lapidũ et saxozum vim maximã. Cũ equidẽ moueas pedem: quin lapidem premas. Solum etiam/ quod colitur: cumulis prominentibus saxozum plenum est. Melius igitur reptant ibi angues: quam incedunt animalia pedes habẽtia: et hispaniolam ibi generatam oportuit/ pedibus carere: ne passim offenderet. Multominus datur ei vitio: quod sit interdũ picturata squammis alienis: hoc est q; vsurpet aliquando figuras dicendi et sales ex Plauto aut Terentio: quãdo tam longe nutrita a pierio celo: .i. regione illa: in qua pietides musẽ repente furore poetiũ dabãt. Cũ non nunquam ipsi poetẽ delphici celebrentur ex vsura: .i. ex eo solum/ quod ab alijs excerpserunt: vel potius susurrarũt. Est enim vsura: quãtum ad hunc locum pertinet: quod in nostrum vsum et vilitatem ab alijs capimus: vt Vergilius ex Homero sublegit: et Terentiũ ex Plauto. Unde Pliniũ in prologo naturalis historię: quũ presertim fors fiat ex vsura. Delphici a Delphis oppido boeotie: non longe sito a pieria monte eiusdẽ Boeotie: musis sacro. Si nolũt ex orchestra/ si nolunt: vt omni*

so comico stilo: satyricozum stomachũ/ z censurã referam. Orchestra senatorũ ac primozũ sedes: ac primus locus erat in theatro. Gregem putidũ) .i. inuidozum. Dur histricus) qui preerat histricioni bus: z agendẽ fabule iusserat/ vt inuidi ablegarẽtur: expellerent: protruderenturq;. Qui iugis potius quã nepotatibus) sermones parui ponderis et leuibus d rebus dicuntur nuge. (Nepotatus) est luxus z prodigalitas. (Nepotari) luxuriari/ z lautius viuere. Alcyoniarũ noctiũ) Alcyonic dies et noctes dicuntur: in quib; alcyones aues in mari nidificãt septem ante brumam/ z septem a bruma: quo tẽpore mare est tranquillissimum. Has noctes brumales/ et certe non amplius antoz: dedit inuentioni hui; fabule. q; rã noctiũ sic fecisse iacturã. .i. p; didisse: melius duxit: quã voluptatibus indulgere.

ARGVMENTVM.



Hilocõdus quã deperit Christiolum, Trili astu alloquitur: parasi technis eadẽ potitur. Quod quũ rescuit Alilp;: cui pater peregre agenti paruulam despõderat Milio: adulteriũ læsãq; nobilitatis apud regem Philocondum postulauit. Dies certamini cõstituitur. Verum re composita per reginam; atq; transacta: Alilpus Damianã

Philocondi sororem duxit vxorē: Philocondus suam habuit expetitā Christiolum.

SCHOLIA IN ARGV-
MENTVM.

¶ Postulauit. i. accusauit, ita Trāquillus d' Ep-
sare: Dolobellā repetundarū postulauit.

ACTVS PRIMVS.

TRILVS PHILOCONDVS



Mibi copia (quod haud q̄quā
rebaris) tuā conueniendi Chri-
stiolum: et ex mellito, dulcifo-
noq; eius ore fluentia verba po-
tandi. Expergiscere proinde here: fragilita-
tisq; memor scemineæ: solerti strenuoq;
viro nil animo prorsus impossibile cōcipe;
in venenis præsertim ludo: in quo nō mo-
do valentes viri et acres: sed debiles etiam:
ac segnes palmam sūt adepti. Phi. Magna
refers: et quæ vix meæ capiāt aures: explicā
continuo, ne tanto verborum pondere op-
pressæ, perpetuo sordescāt. Tri. Ad te redi.
Nonne passim videre est apud historicos:
quos legere semper aues: illustres quādoq;
sceminas vilium ac mercenariorū expetisse

cōcubitum? At vero tu æqualem tibi puel-
lam tā tuis cedere votis posse diffidis, quā
volatilem (vt aiunt) bouem conspicias?
Phi. Felici, cui ex voto cuncta fortūa mini-
strat: omnia sunt possibilis: in fausto tamē
mihī: et omnem aduersatibus astris vitam
ducēri, quid erit spei? cui iam annum Chri-
stiolum alloqui, minus contigit: omnibus
ad id tētatis: esse quæ apta videbantur? Sed
iam si quid habes, quo meum possis leuare
cor: nullis vtēre ambagibus. Tri. faciam, vt
iubes: et quam paucis potero, rem tibi sanē
gratam percurrā. Phi. Expecto quid feras.
Tri. Ego mi here: etsi paulo sum ante tibi
addictus: tibiq; mancipatus: inde tamen tā
a puericia nihil habui magis expeditum in
mente: quā tibi porissimum inferuire, me-
amq; omnem operā acceptam tibi reddere.
Vtq; meus parēs tuo domi forisq; præsto
semper fuit: nec ab ei? latere vngem, si quid
opus, latum discessit, perinde meam serui-
tutem ego si gratam tibi fecero, mihī cōsul-
tū optime existimabo. Phi. Non tui patris
in meum, tuaq; in me merita: ministeriaq;

apta: quæ mihi satis constat, enarrare tunc
opus: sed quo Christiola pacto cõueniam,
quod pollicitus es, et est caput, in verba cõ-
fer paucissima: et maiorem a me momento
quã tu? tot annis a meo pater: gratiam ini-
bis. Tri. Eo meus, ni me interpellasses, pro-
perabat sermo: me vide. Phi. Eloquere tan-
dem ocyus. Tri. Punicate huius diei auro-
ra: super iis: quæ memorauit: salo cogitatio-
num fluctuans: reliquũ facio grabatum: su-
moq; arcũ: aues quo petere soleo: et ad Mi-
lionis posticũ domus latus me cõfero: vbi
hortulus est arboribus multis, odorisq; cõ-
situs herbis: qui prope habet salictum: in
quo passeret, turdi: & hoc verno tẽpore tur-
turs considerare solẽt. Ibiq; sub auiculas fe-
riendi pretextu: ruinoso parieti adhæreo:
cancellatasq; domus fenestras, ad hortulũ
quæ vergunt, adducto supercilio, acuminat-
o penetro visu. Quid multis? Christiola
tãdem, prouecta iam aurora, ad laxum, so-
loq; prope attiguum cæcellum, acu lintheũ
exarantẽ, contuor. Sumpta tunc ex occasio-
ne audacia, deciduam latere maceriã trans-

tendo: perq; hortulũ oculis rimabũdus in-
cedo. Phi. O me felicẽ atq; beatũ, qui tam
agilem tamq; sum industriũ sortitus mini-
strũ. Quid tum postea mi Trile? Tri. oculos
in me Christiola reflexit: et heus puer/ in-
quit/ quæ te temeritas egit: inconsulto do-
mino, viam fecisse per parietem, teq; nobis
intra dedisse hortulũ inuitis? Clepere ne ali-
quid paras? Sis foras trifur. Parce domina
inquã, ignominia. Sicine faris? Percussis
passerẽ: et ne vacuis (quod aiũt) manib; do-
mũ omnino redirẽ: eum quæsitũ intraui:
haud egestofus ego, qui rapere quicquã cõ-
sueverim. Et tu cuius es? inquit. Sum mon-
tanus heras: et Philocondi patricii iuuenis
vnus ex salatigerulis, facẽq; lucentibus pue-
ris. Sæpissime Philocondus quidam hunc
vicũ frequẽtat, neq; te sum vnquã inter ei?
assecras cõtemplata. Non mirũ dixi, domi-
na: nuper enim eius in contuberniũ accit?,
omnibus fere sum incognitus. Nostin tu
me? inquit. Optime, inquã/ Nã meũ de te
Philocondũ nescio quid audio mussitan-
tem, nõ quũ vigilat solum, sed, quod mire-

ris magis, etiã quã dormit. Addere ne mihi te manũ nihili puer/retulit/ putas, vt per suaderi possẽ mihi, animũ inducas, cui nũquã fuerim nota: de me dormiẽtem loqui? Abstine maledictis bellatula virgo (aio) for mosa celarier q potest? Tam strictas emulsitasq; mamillas, rubẽtes buccas, phœnicea, inuitantiãq; labella, renidentes crines quæ haber, q potest ignorarier? Quæ morficantibus istis oculis omnes vidẽdo mortales perimit: quẽ potest latere? Te Philocõdus efflictim amat, igniq; tuo æstuat: et niper te refrigeretur, animũ despõdebit, scio, Phi. O singularem tuã audaciã: lachrimas cõtinerere nequeo præ læticia. Sed perge obsecro. Tri. Perdat/inquit/ te deus nequam puer: lenuleq; impurate: meã ita pudiciã impudẽter lacesisti: meq; lota fronte sollicitasti incautã: ac insciam: ex tam pannoso sordidatoq; puero tot verborũ euomi lenocinia posse. Sed (vitã meorũ parentũ iuro) ni meus pudor obstaret, palo tuũ elidĩ caput iuberẽ: meã tamen honestatĩ tuãq; ignorationi nunc parco: paulo tu ante dela

et in aulam: nullũ nobilium plebeiarumq; puellarũ delectũ facere nosti. Recte quidẽ (aio) rem perpendisti: peccatũ per ignorantĩã quod est: ignoscere te id æquũ cẽfendo. Quicquid enim dominus imperet, etsi præsentaneam afferat mortem: incunctãter si præ me sepe faciẽdũ tuli: nõ est porro mihi culpæ adiciẽdũ. Ergo quæ modo dixti deliramenta, tuus tibi dominus dictauit? dataq; ad me nunc opera arcitenens aduenisti? Ita est, inquã. Nec mihi si mille pora vox ferrea personaret: eorũ quæ mãdauit: quæq; de tua habitudine, virginaliq; verecundia quotidie per ecstasim ruminatur: esset relatio facilis. Nã quæ te nil putet in ore præstantius, elegantius: atq; formosius: a cæteris, quibus singulares fœminæ claruerũt, minime te facit alienã. Phi. nimio pene gaudio, stuporeq; desipio. Non illæ te minaciæ territabant? Tri. Iamdudum est protritius sermo: quõ quis minator: eo meticolosior: adq; vindictã tardior. Et nã fœmina quã minatur, inuitat. Phi. Quid igitur Christiola? Tri. Persas/ait/ locutulee puer

tamquã ad scortũ blaterare? Quasi tu? vix
quã me Philocõdus nouerit, aut viderit, in
sinu semper matris latitantem: nec ab eius
latere digitũ trãnsuersum secedentẽ: dom?
hui? nunquã egressam limẽ ni paschatis die
bus: et quũ diuã Mariã solẽntia per ãnuã re
uerticula celebrantur. Cuius subvrbium in
templũ crastina vix quidem per animã, au
rora: quod me vouit egrotante: marer du
cet. ambã tamen incognitã inco mitatãq;
alteram fluminis ripam transmeabimus.
Verũ quid cum isto loquẽs cacula. tempus
et verba perdo? Abi gerro: ni is perire: ma
ter huc accelerat gradum. Tum ego, nemin?
ea prospere appellata: qua me demiseram,
ruinosam per maceriã aufugio. Phi. obiur
gavit eam mater? Tri. Nihil dũ. verũ quã
renti quis essem, vicini puerũ gallinã pullũ
inuestigãtẽ, Christiola suggestit. Phi. itã
credis? Tri. credis narras? His, vt tua nunc
verba auribus accepi. Phi. Vtinã sit mihi et
tibi vita superstes: quo parem aliquãdo ti
bi gratiã referere queam. tuã profecto soler
tiã vitã quod est reliquum acceptum refero

ro. Sed interim ne te Christiola pannosũ
vocatet: meã tunicam phœniceam ac palliũ:
quibus iter facere consuesco: mulam etiã ci
nericiã, ne pedes eas, tibi habe: Nouerit
Christiola, tuũ istud me sedulũ ministeriũ
fecisse magni. Tri. Nepe quod mihi recte
feceris: peribit nunquã: memorem donas.
Phi. Surge: alias forte temporius magis.
I nunc: et de cœna maturaq; dormitione
ministros sollicita: ne in conueniendã Chri
stiolã oscitemus articulo. Tri. Bene repu
tas: eo.

SCHOLIA IN SCAENAM PRAECEDENTEM.

(Perpetuo sordefcant) sicuti foemine leguntur:
ex ingeni subitaq; leticia fuisse exanimatã: ita vere
tur Philocõd? vt ex nimia auiditate voluptateq;
audiendi, eius ipsius aures sordefcãt. (Volatilem
bouem cõspicari) Adagiũ est Hispanis familiare,
quũ rem quãpiam incredibilem audiunt. (Tibiq;
mancipatus) dedit? z obnoxius. (Operam acce
ptam reddere) gratam et iucundã: (Idelicet ita sit
mea opera grata: vt libenter et passim ea vrasis.
Domi forisq;) in vrbe et in bello. (Vnguẽ latum)
vnguẽm latum: transversũ digitum: et similes me
taphorã prouerbiales inferuntur a doctis: cum mis

nimā spacium significare volunt. *Mibi* consula
tū optime. i. mihi consuluisse: et reb⁹ meis cauisse.
Confer (cōtrabe. *Gratiā* inibis) assequeris: et cō-
parabis. *Punicante* auroza) ob colorem croceū:
qui in exortu auroze cōspicitur. *punicus* enim co-
lor rufi coloris species est. *Salō* cogitationum)
.i. mari. Nam sicuti fluctuat mare, ita et cogitatio-
nes. *Reliquū* facio) relinquo. *Grabathū* lectū.
Adducto supercilio) *Sestu* exprimit eius, qui acie
em oculorum demittit ad obscuriora. *Attiguum*)
proximum. *Deciduum* latere maceriam). i. pas-
tietem ruinosum, ex latere cocto compactum.
Rimabūndus). i. diligenter perquirens, ac inuesti-
gās. *Clepere* furto surripere. *Trifur* magn⁹
et plusquā fur. *Sum* montanus herā) *Montani*
populi sūt Hispaniē inter *Burgos* et oceanū sep-
tentrionalem: qui sicuti habentur nobilitatis *His-*
panē quasi seminarium: ita et seruitia mīttunt in
omnem *Hispaniam*: et pene dixerim in maria om-
nia. *Ex* his enim montib⁹ descendūt pene omnes:
qui suas operas locant in *Hispania*: qui cre cōdu-
cti famulantur ditio: sibus: et qui etiam bello scri-
buntur ob leue stipendiū: nullum genus seruitutis
fugiant: maxime dum egent: gens alioqui super-
ba: vitēq; contemptrix: dñi voti fieri compos labo-
rat, etiam in re nihili. *Salutiger* ulis facēq; lucen-
tibus) *Inter* familiares et domesticos nobiliū: sūt
pueri, qui dapes: et pocula ministrant: tum etiam
mandata et salutes ferunt ac referunt ad amicos,
interdū ad amicas: p̄ferūt faces et lampada no-

ctu. *Consentur* enim mox plebei: quicumq; nocui
incedunt per urbem sine pueris. *Facem* lucenti-
bus). i. facem lucidā p̄ferentibus. *Musitantēz*)
Tummissim loquentem. *Addere* manū) deridere:
additio manū) derisio est. *Emusitatāz*) perfectas,
ad amissim factas. *Est* amissis regula fabrorum:
qua architecti opus probāt. aut ferramentum, quo
in poliendo vtuntur. *Effictim*) vehementer et
enire. *Animū* dispondebit). i. sua sponte vitē fi-
nem statuet. *Lenocinia*) impudica verba, qua
lia lenones effutunt. *Pannossū*) crasso panno,
sordidatq; veste amicto. *Delectum* (discrimen
differentiam. *P̄sentaneam*) *P̄sentem* sine
vlla procrastinatione. *Adficiendū*) imputandū
*P̄*per ecstasim ruminatur) per stuporem, et mentis
excessū. *Ruminatur*) .i. quasi ruminans immur-
murat. *Ad ceteris*) scilicet dotib⁹ atq; virtutib⁹.
Locutulee) blatero/linguat. *Blaterare*) menda-
cia confingere. *Scortum*) meretricem. *P̄*
annua reuerticula) *Solis* annua reuerticula intel-
ligit. Nam quē circulum sol annuo intervallo per-
means, metitur, eundem remeās stato ordinatoq;
curriculo remeitur. *Unde* *Virgilius*: in se sua per
vestigia voluitur annus. *Serro*) nugator: men-
dac. *Tue* solertiē acceptū refero) tanquam si a te
accepisse. *Phoeniceam*) purpureā. *Lineraceā*)
colore cineris. *Articulo*) opportunitate. *Sic* *Lere*
tius: *Vide* vt in ipso articulo oppresit eam.

odm **TRILVS SOLVS,** p̄ail



Ene præclareq; mecum actum est. Nactus sum qualẽ exopta ueram dominũ, ditem, nobilem, amoribus deditum, libe- ralem, affabilem, suisq; domesticis ac fami- liarib; mihiq; ante omnes quasi comitem ac sodalẽ. Quid? Omnes qui seruitutẽ ser- uiant, cupiũt eius admodũ addici famuli- tio. Nec iniuria: multos passim videas per decenniũ, eoq; amplius, istorum seruitio dominorum mancipatos: qui nihil se lucra- tos, strigosum, mensq; maũ (quod aiunt) longiorem præter equũ rixantur: & deslẽt. Atq; enim uero diuitum nostri temporis maior pars vna dumtaxat hora ministerio vacent famuli, ægre ferunt: quũ vero vol- unt inepti seruuli connubio vacare: suasq; res agere: attritas solũ vestes, irreparabilẽq; temporis iacturã reportant. Quod mihi: si finis cõcinit principio, multo secius euen- turũ coniecto. Næ nunc centone indutus pedes eo: cras vero mula vect; laciniisq; se- ricis discriminata veste omnibus spectabi- lis: quid diligens valeat seruitus ostentabo.

Annus est, ex quo Christiolum cæpit domi- nus, vt audio, deperire: qui: quum sit scemi- na in tractandis amoribus verecundior: nil cupit sane magis, quã per internũciũ eam desiderium suum docere: scriptisq; literis, amorem flammãq; cordis expromere: non nullisq; ad id domesticis læssitis, magnisq; pollicitationib; delinitis: profecit nihil: omnibus ad eam difficilem aditum referẽ- tibus. Quapropter nõ dubiũ est: quin mi- hi, qui viam primus his amoribus feci: ma- gna præmia largiatur: præcipue si ex abo- rũ colloquio mutuus amor enascatur. Sed Vandalũ in tempore Catabrumq; video. Conuentos volo.

SCHOLIA IN SCAENAM PRAECEDENTEM.

(Addici adiungi. Famulatio) familia: et nume- ro seruorũ. Qui nil se lucratos strigosum) Quid est: qui rixantur ac deslẽt, nihil se lucratos præter equũ. Strigosũ) s. macrũ et male habitum, cui morib; aut fames corp; stringit. Mensq; maũ longiores) Adagium Hispanũ, de rebus nimium prolatis. Concinit) congruit/accõmodatur. Cẽ- tone) Lento vestis est crassior vilio:q; ex pãnis di- uersorũ colorum in vinum confutis. Lacinijs se-

ricis) Lacinia pars vestimenti fluxuosa sinuosaq;
vnde laciniosum dicitur tortuosum & implicatum.
Deperire) impatienter amare.

VANDALVS. CANTA-
BER. TRILVS.



Nimvero Cantaber quanto ma-
gis magisque hominum inuersos
mores cogito: tato me magis cu-
rido icedit; relicto mudi dubio: æstuosoq;
pelago; in quo tam varie omnes iactamur,
anachoreticã securũ vitam agere. Hoc cine-
ferendũ? Canta. Quid est Vandale: quod
te male habet? Van. Rogas? Squalidũ illũ
detestor puerũ, ex montiũ sterquilinio nu-
per ad Philocondũ per defloccatũ senẽ alla-
tum. Can. Trilum incessis: quid ita? Van.
Quid? itinerarias vestes, cineraceamq; mulã
bonus illi Philocodus cõdonauit. Hoc ne-
ferendũ? Canta. Qui possum? efficere, quo
minus fiat? non temere est: mihi crede: ali-
quod mendaciũ Trilus cõment? est: Chris-
tiolã alloquitũ; vel id genus aliquid. Van.
Id mihi nõ moueat animũ, quo me pens-
lem faciã? Can. Nihil mihi minus, Nam

B. D. L. O. L. D. Z.

arbores, quæ diu viuunt: tarde crescũt. Ex-
cellẽtia mirabiliq; opera tarda difficiliq;
habent incrementa. Qui per aliquod turpe
factũ metas suæ conditionis excellit: repen-
tino lapsui sit exposit? necesse est. Qui te-
mere dat: adimet temere: et cui dederit, faci-
le obliuiscet. Hem tace. Van. Quid nã est?
Can. Trilum ad nos ingredientem video:
nosq; prospectantẽ. Van. Vbi is est? Can.
Eccum: horsum se capessit. Van. Quam ti-
meo: ne nostra verba perceperit. Tri. Quid
vos inter vos sermonis agitatis: nõ quid de
dñi munificentia? Van. Minime: dign? es.
Ipsũ tamen maledictis impetebam?; quod
oconomix rudis: se, suaq; et nos perditos
perdit. Vtinã patrem nõ amisisset: qui nos-
trũ vniscuiusq; merita: virtutes pensitan-
do, ac vitia rimando: ministeriisq; accepti ra-
tionẽ scribendo: examussim expendebat:
et pro meritis beneficis: non vt hic, sui pro-
fus erat. Tri. Apage sis: ne adlatres domi-
nũ. Prope cõmunis est Hispanx iuuetutis
istã corruptela: quæ longo parentũ labore
quæsitã opes/amando; venãdo: nepotan-

do: genio litando: iocos: belliq; simulacra
 picturatis in vestibus ædendo: perdit atq;
 profundit. & si qui se his abstinent corda
 ti: inertiu heluonum, lurconuq; probrosis
 compellationib; iactatur. Van. Ergo tam
 perdita tempora sum; nacti: vt sani sint in
 sani: probiq; improbi mutatis nominibus
 cōpellentur? Tri. hæret quidē nemo. Van.
 Ecquid? horū tu tēporum mores probas?
 Tri. Minime, verūquū corrigere nequeā: id
 laudo: idq; sequor maxime: quod ab om;
 nibus comprobari, oppidoq; multū expeti
 video. Exeat mūdo sane oportet: aliter qui
 vult viuere: quam in mundo viuatur. Nos
 etiā, qui cen; ob penuriā, ingeniuue spissitu
 dinē alienum panē consecramur: si fumus
 in dominos morosi, malignitati temporū
 ascribo. Van. Quādo nos in dominos? qui
 omni vitæ curriculo cōmodis eorū intēti:
 cum eos nostri tedet: nil nobiscū nisi squali
 dā afferimus canitiem, paupertatē, nudita
 tem, peierandi blaffemandiq; vsurā inutile
 simul et abominandā? Tri. merito par partē
 refertur. Siquidem quū domini adsūt, blā

dimur: adulamur obsequiosi: palliū manu
 tergentes: paleasq; sufflātes: scilicet a palea
 (quod aiūt) serui: appetituros facile: si eo
 rū intersit, mortē gloriantes. Quū absunt
 vero: iram furorēq; distringimus: oppbria
 oppbriis inculcādo. Van. Si diuitū ac potē
 tū domos, sicuti ego perdecēniū frequen
 taueris: quā vere multa dicantur: comperi
 es. Quando suis constituto tempore actā
mercedē soluunt? Quando extra sortem ex
munificentia aliquid largiuntur? Quando
 nobis, rebusq; nostris: nisi longa efflagita
 tione coacti: prospiciunt? Iam vero mensas
 quū accūbimus: qualis nobis panis appo
 nitur? Siligiueus scilicet: imo fursuraceus:
 hesternōq; iure ater. Quid vini referam a
 cerbitatē? obsoniorū tenuitatē? Quid iuru
 lētarū fæculentarūq; mapparū glutinamē
 tū? Impransū abire melius quādoq; duco:
 quā tam sordidatæ mēfæ adhærere: in qua
 panib; in super et obsoniis aggeratim inge
 stis: nulla bibitur cōcinnitate: nec estur. At
 lecti ornamenta referendo: quis nō erubescat?
 in quo ceruicalia nulla: plumæ culcitæ

nullæ: impluuiata si quæ sunt linea velami-
na: raras plane faciunt vicissitudines. Ibi pu-
lices: pediculi: cimicesque putulenti vermiculi
nos morsuunculis infestant. Can. Hui: tua
(malum) conditio lenis: tolerabilisque est: cui
pecuniæ indumentaque domini curæ sunt: et
mel attrahenti (quod aiunt) mellis aliquid
necessario inhærescit. Ego vero & Nauarri
in honores pedites: qui quum it dominus
peregre: festinatos equorum mularumue gres-
sus ambulones cogimur adæquare: quâto
domino causatius detraheremus? In vrbe
vero quum sumus? in regiam dominum vel
procerum domos quotidie deducimus: ibique
antequam reducamus: non ad gallicinium mo-
do: et noctem intempestam: sed ad aurorâ
mulæ colligati: dentes algi succutientes, si
bruma: si ver: siti caumateque palliastris aurâ
excitantes: dirumpimur: quandoque canen-
do aut citharizando: quandoque cristatos a-
gere excubitores: cantus strepitu conando:
quâdoque cælites (quod ipsi imputabitur)
incusando, noctem trahentes. Tri. Seda fu-
rorê cacizo technos: laborubique: Ecquis suæ

forti satis arrisit? Quotus est in Hispania
quisque: qui liberaliter synceræque fide Regi
seruiens: aut magnati cuiuspiam: parentum diui-
tias: dignitatēque non præterierit? Imo quâ-
ti sunt: quos directo possem digito deno-
tare: qui ex infima plebe senatores: ex bau-
lis decuriones: ex caculis honorati viri: ex
peditibus duces: aliis ministrando: euase-
runt? Sed illabitur vesper: an lucē adimunt
nubes? Van. Prouehitur quidē, Tri. Pro-
peremus igitur: herus ante solis occubitum
cenâ sibi propinari edixit. Van. Accurra-
mus: ne simus illi in mora.

SCHOLIA IN PRAE- CEDENTEM SCAENAM

¶ Inuersos mores inhumanos iniustos. Cupi-
do incedit) subit animū. Dubio est nosque pelago
(go) Metaphora ducta a procellis maris. Perinde
tactamur curis et angoribus in hoc mundo, veluti
nauigantes oborta tempestate solent in medijs flu-
ctibus. Anachoreticam) solitariâ: et a coetu ho-
minū remoram: qualis est monachorum et eremita-
rum: qui penetrant eremj recessus. Anachoretis se-
cessus dicitur. Et montium sterquilinio) Quâuis
montani omnes habeantur præcipue nobiles: qui
sunt inter Burgos: et oceanum: Tandalus tamen

cēset, Trilum nō ex nobilibus sed ex sterquilintor:
hoc est fece populi natum: quā a sene nimirū patre
pauperrimo, cuius erāt vestes desolocatę. i. sine flocc
co: atq; tritę: fuerit ad Philocondum delatus.

Incessis) impetis et accusas. Quo me pensilem
faciam). i. vt me suspēdā: Pensiles vuc: et pensū
lia poma vocātur: quę suspensa sunt ex lacunari.
Economie rudis) Economia rei domesticę dis
pēsatio: et administratio interpretatur. Reporā
do) luxuriādo: et lauti⁹ viuendo. Repor enim pro
dignis: et luxu disuens. Senio litando) Senius
dens voluptatis. Litare: deū propiciare, et factio sa
crificio numē placare. Quare genio litare est: volu
ptati operā dare. Hester noq; iure ater) Est ius li
quor eorū: quę coquuntur: vnde iurulentū. Im
pluniata) lota: pluuijs mūdara. Vicissitudines)
alternationes. Baro: inquit: lota uelamina succę
dūt pro immūdīs. Hus) interiectio ridentis vul
tuose proferenda. Dentes algu succutientes sic
bruma) Hoc vsu venire videm⁹: vt qui frigore las
borant: dentes succutiant: qui vero nimio calore
verātur: excitent auram stabbellis: interdū pallijs:
aut pileis. Lauma) estus ardo. Cristatos ag
gere excubitores) Galli gallinacei sunt excubito
res cristati: quod peruigiles indicāt horas noctur
nas cātū. Hos solēt agere: et ita referre pueri quā
dam noctiuagi: vt cordator etiā quandoq; fallant.
Lacizo technos) proprie fortis et artis impugna
toz et illusoz. Decuriones) Nobilitas romana in
decurtas erat diuisa: sicuti ceteri omnes in centuri

as: et singulari decuriarum primi, decuriones dis
cebantur. Unde hic pro primo:ibus ciuitatis pos
nuntur,

PARASITVS. AETHIOPS.



In verū? Philocōdum tibi: me
vt accereres: imperasse? Aeth.
Sic est, milliesq; iā dixi: aut grā
di gradū: aut me missū fac grā
dientem: nolo tuā ob incessus gesticulariā
spissitudinem: meo tergo impingi flagra.
Par. Mane sis noctis terculamētū: ego te
si diem ad tertiū moras apud me traxeris: a
verberibus vindicabo Aeth. Melius est ca
uere crimē: quam deprecari pœnam. Haud
vtiq; paruo mihi cōltāt similes morę. Co
rium ecce: ni vibices obliterarentur: calceo
rum vix esset ligamentis idoneū: vt me sci
as nō timidū: sed cautū. Par. Mane mane
laruale simulachrū: via est hac cōpendiaria.
Aeth. Quid hac? nō sequor? Par. Hac sis ve
ni bulgarū sector: plagipatida: viā noui se
cundiorē. Aeth. Obtēperabo: nā si me pro
bris sēper afficis: te tamē ipēse diligo. Par.
Qua nunc de re? Aeth? De scurrilitate: quā

omni viuedi rationi præpono. Par. Placet?
 Aeth. Maxime. Vos dapales ad mēſas diui
 tū editis: atq; bibitis. Vos naturalibus sub
 verborū inuolucris ſua nomina dātes: pur
 puratas: vnguentiſq; perlitas interſtrepitis
 puellas, Vobis deniq; (quod pluris pēdo)
 omnū egenis omnia ſuppētūt. Par. Si bo
 na malaque omnia æqua bilance pēſitarē
 tur: Paraſitorū quæſt? paucis eſſet inuidiæ.
 Ardua qppe res omnū affectuū captatio.
 Aeth. Quæ tua eſt captatio? Par. Quæ? au
 di: & rē intelliges: & ſi te mea ratio aucupā
 di ceperit: diſcere ex me, faſ erit. Vnde do
 mino paraſitando: manu miſſionē poteris
 ſperare. Aeth. Diſcere ꝑcupio: quod mihi:
 ſi ingenio valeo: ſit eleutheriā conciliaturū.
 Par. A ꝑmis igiꝛ rudimētis iſchoabo. Aeth.
 libet. Par. Quū primū arduam hāc palpo
 nes viā ingredimur: multa ſūt nobis: viris
 indigna, ꝑpetienda. Aeth. Velitis nolitiſ?
 Par. Quoquo modo. Aeth. Explica. Par.
 Iam nos procerū famuli tapete inuolutos
 in ſublīme, domus vlcq; contignationē ia
 culātr. Aeth. Aiſ verū? Par. Cur ego mē

tiar ſine emolumēto? Iam etiam podici nu
 dato cæreos admouēt: ſtridente crepitan
 teq; carne. Quæ ſupercilii contractio iſthee?
 Aſperane tibi huius diſciplinæ rudimenta
 videntur? Aeth. Quid aſpera? horrēda qui
 dem. Seruituti me hinc alligo: quando pu
 dēdis eam exuere ſuppliciiſ haud delibero.
 Par. Memoratu vidētur horrida: in vſu nō
 adeo. Aeth. No me ꝑ numē: ſeruitutiſ on
 ad eam ſectam adigerit: in qua cæreo ſim
 denuo notādus ſtigmatē. Par. Audi: cæte
 ra cōprobabiſ. Aeth. Procede. Par. Quū
 ad plagas: ignominiaſq; patiendas ſumus
 aliquatenus iam inſtructi: dicacitati protia
 nus inſudamus: quæ ſi natura nō repugnā
 te: ſuccedit: ridicula multipliciſ valoriſ di
 cta nō ſine prouētū diffundim?. Agimus
 etiam balboſ: atq; thraſoneſ, abbaſiſaſ: ac
 parturienteſ. Tum ſi concurrentium haſtiſ
 equitū: aut arundinibuſ ſe petentiū ædun
 tur ſpectacula: noſtrū ibi peculium: ibi pro
 culdubio diteſcimꝯ. Aeth. Ictibuſ an ū ex
 ponitiſ? Par. Partiuſ maſtigia: crepundiſ
 iam exceſſim?. Aeth. Putarā quidem: ſed

perge. Par. In illis hasticis certaminib⁹ stē-
torea voce clamito: cognomēq; alicui⁹ cla-
mosus appello: qui me statim post ludos
holosericis: auro & argento variēganter ri-
gentibus: quibus est in ludicro vsus, donat
indumentis. Aeth. Pro cæli numē: largam
mūnificentiā: quam narras. parasitorū ar-
tem discere percupio: ni me illa deterrent
elemēta. Par. Semper est ad magna per ar-
dua iter: & poma (hoc erit tibi notius) ante
maturitatē acida: austeraq; sunt: qui præ-
miū cupit: labori succumbat. Aeth. Probe
philosopharis: verū. Par. Quid? Aeth. Ali-
ter ego vos aucupari mæadris in texta palu-
damēta putabā. Par. Olim aliter. Est nāq;
genus hominū: qui omnib⁹ in rebus cede-
re sibi cūctos, expetūt: blandientibusq; de-
se gloriosi omnia credunt: hos parasiti pri-
us apud seculū consecrabantur: his aride-
bant: horū magnifica verba admirabantur,
atq; laudabant. Verū pro dolor: his precis
Hispania parasitis scatet. Nam et regiam
procerūq; domos ac episcoporū hæc angu-
latim pestis inuasit, nec in hoc genere quæ-

Itus loc⁹ nobis relinquitur vllus: quū qui-
bus nos assentamur: nostras apud se potē-
tiores agāt ptes palpiq; obtrudant. Cæte-
rum est Philocondus domi: aut quæ est an-
tedomū solitudo? Aeth. Quū extuli do-
mo pedem: null⁹ erat: iam vero adierit. Ea-
mus intro: nam in lente vnguentum.

SCHOLIA IN PRÆCE- DENTEM SCAENAM.

† Gesticulariam spissitudinē tarditatē: incedebat
enim lento gradu gesticulando, huc & illuc versās,
ac dissentiens caput: quod solent mimi ad mouen-
dum risum. † Noctis terriculamentū nocturnus
terroret occurfaculū. Melius est cauere crimē)
Sensus est. Melius est vacare culpa: quā post ad-
missum crimē: poenā deprecari: hoc est: propulsa-
re: abigereq; præce adhibita. † Ibi vibices oblitera-
rentur vibices signa sunt verberis in corpore hu-
mano: que si non in cthiope verberone oblitterā-
tur. s. delerentur et cassarentur: vix coriū ligamentis
calceorū esset idoneum. itaq; non se timidū cen-
sendū: quod est ignauiē: sed cautum: quod prudē-
tissimū: quū studeat tandē ita viuere: vt merito non
sit verberandus. Laruale simulachrum) Vanes
vmbreq; defuncto: n̄ dicuntur larue: que noctu ero-
rantes circum sua busta tenebrosis interdum locis
occurrere credebantur: et terrere paruulos, Un-
de laruati, qui terroribus eiusmodi afficiebantur.

Bulgarum sector) Bulge sunt crumene: in quib⁹ reconduntur pecunie: et quā soleant: intra pectoralia et manicas portari: fures callidi sepe numero latenter seindunt: et auferū: non sentiente: qui portat. Hos vulgus sectoros bulgarū: hoc est audacissimos et abituratissimos fures appellat. Plagiparida) Qui flagris ceduntur: et loris bubulis castigantur: plagipatide dicuntur: quos alio nomine Plaurus bucedas vocat. Tiam secundiozem) J. breuio: et commodiozē. De scurrilitate) Scurrilitas vitū est oppositū vrbانيتati: semper enim scurre captant risum ab auditoribus: posthabita verecundia: et dignitatis ratione. Dapales ad mensas) Dapales magnificas: et omne genus dapibus abundantes. Tos naturalibus) pudenda et genitalia intelligit. Omnī affectū captatio) Parasiti captant affectus: hoc est accōmodant se omnium affectibus: quos tamen affectus oportet habere prius percognitos: vt blandiatur: et applaudant secundum cuiusq; naturā et mores. Eleutheriā) libertatem. Manumissione) libertatis dationē. Palpones) blandientes: et magis proprie manu mulcentes. Quē supercilij cōtractio) Quā audiuit Bethiops: cereos ardenes potū nudato admoueri vsq; ad stridorē carnis: contraxit supercilij: quod solet fieri: quā admiramur aliquid cum horrore. Cereo denuo notandus stigmatē) Sunt stigmata notē et signa: quę ferro candenti fiunt seruis fugitiuis. Bethiops itaq; quum semel fuisset notatus stigmatē tamq̄ seruus, nolle

le dicebat: iterum tanquā scurra cereo stigmatē signari. Mastigia verbero, flagrisq; digne. Crepundijs) artis rudimentis: atq; principijs meta-phorice. Stentorea voce) Stentor: fuit vir vocatissim⁹ apud Homerum. Meandris) Meander flumē est phrigie crebris flexibus ita curuatus: vt in se reuerri credatur. Unde quicquid est flexile et sinuosum meander dicitur. In lente vnguentum) p̄ouerbiū est: quod solet vsurpari: quum significamus rem quāpiam non in tempore adhibitam: et quib⁹ minime cōgruit: veluti nūc Bethiops inuit: non minus inepte conari parasitū: si studeat et ethiophe facere scurrām: quā si lenticule vili legumini admisceat vnguentum: quod plane ineptissimum est.

TRILVS. NVTRIX. HELI-
ONORA. ACTVS. ii.



Vid hæc sito cogitabundus, testudineo gradiens incessu: Nā si me Philocondus ad templi sese ianuā iussit manere: teporus reuenero. Milionis nunc me: quando tantum iam viæ processit: ingerā domui, si forte fortuna bellatulam Christiolæ ancilulam: quæ dubio me procul vidēdo prensauit: cōuenire possem. Nec futurū diffido: si auidiorem intellexero Christiolæ nutrix

cem ad rem. Sed est: quâ video: nutrix? Ipsa est: irripiam: siquidem dominarû absentia haud amittendam occasionem ostentat. Nut. Postquâ Milio est in legatione missus: domum non est egressa: ni hodie Sardalippa: quo votis staret. Proinde vos Helionora & Galua cum vestiplica simul hac, ut fiat apti? Granatina stragula: toralia: peristromata: ventilate: tapetias sternite: lectos componite atque complanate: camerae etiam pauimentum: in qua dominae assidentes: pensa trahitis, irrorate: verrite: gyneciique angulis capellas et arculas impingite: trullas ac matelas occultite: mundiciaeque omnes apparate: ne facie pingendo fingendo, volsellisque nimia lanugine vellendo: diem triuisse, merito arguat illa. Oh. in tempore reuenis Maurat: capesit ocyus scopas, simulque lancea: & aranearum improba, si qua est in ambulationibus, textura disperde. Sed quid hoc nobis insinuat ille. Tri. Heus ecquis hic est. Nut. Quis fores tam blandè pulsas? Tri. Salus Nutrix. Nut. Saluus sis: quis tu homo es, qui tam me nominas pro nota? Tri. Tri-

sum Philocondi cubicularius et cyathiflator. Nut. Eho tunc ille es: qui Christiolum hesternò die per hortulum alloquebaris? Tri. ipsissimus. Nut. Quae te tam prospera fortuna inuisit: ut positis taquam colubet, squallidis abrasisque exuviis, subsericis repetenitescas induuis? Tri. Philocondus ille munificus, quum me Christiolum allocutum audiuit: his me vestibus donauit. Cui utinam Christiola nubat, ut tu, cuius vera suxit illa, aurum praecopia vilipendas: possisque demum lautis epulis saginari. Nut. minime mihi fieri id posse arbitror: quandoquidem paruulam exuli Cuidam despondit pater: tametsi illud neutiquam matrimonium (mi solum est significationibus compertum) facta nubilis comprobauit. Tri. nempe quidem doleo, tantam mihi & tibi praedam ereptam. Sed si ab exulis nuptiis abhorret illa: tuque mihi operam das: conubio iungi duos: non magni negotii ducam. Nut. utinam trile. Hoc unum vere dicam: cuius eam noto, et iuueni malle iungi, quam ignoto: quadragesimumque annum iam agenti. Tri. Sat est, con-

fectū tibi negotium dabo. Nunc vero mea mater & domina responde. Nut. Interroga. Tri. Scitula cōcinnacq; facie puella: quæ pānicellū Christiolæ assitēs, acu pingebat: qui vocat? Nut. Helionorā quæris: quid tibi est cum illa? Tri. Bene sane illi volo, atq; tibi. Nut. Appetis? Tri. Vtiq;. Nut. Non tua primū præcordia punxit, ac fodiā dicauit illa. Tri. Conuentam cupio; quod gratia fiat tua. Nut. Operam perdes. Tri. scio: sed amabo. Nut. huc ades Helionora. Heli. Adsum, ecquid me vocas? Nut. Hic tuū ex me nomē sciscitabatur. Heli. Quis hic est? Tri. Trilus sū Philocōdi alumnus: tibi quidē deditissimus: atq; deuotissim⁹: qui tua oppido multū scitula forma semel inspecta: virulenta Cupidinis ictus arundine: consternatusq; animo de amore tibi hi persuasi: munus quod viræ superes tibi impendere, tibiq; seruiendo finire. Nut. Parce fili: si me amas, in amatorias istas illecebras. Viden qui rosaceus color Helionoræ faciem suffuderit: quātaq; illa verecundia laboret? Cui ytiq; honestus (vt scias) pa-

rentib⁹ ortæ, satiscq; pro cōditione dotatæ: vtinā ex merito vir cōtingat. Tri. Felix ille, & vere beat⁹: cui tali frui amplexu, faciētiq; appetentiam illi ori pressa dare sauiā, permiserit. Nut. Quo te agis Helionora? loco ista nō serio dicta putes: petulans huius natura est: mane mane. Quæ sunt caste pudicæq; nutritæ puellæ: procantes, ipsarūq; famæ semper insidiantes homines raro, aut nunquā audiunt. Nimiū profecto nimum linguā effrenasti aduersus inexper tam: verecundantēq; puellā, & rara nō nihil forma superbientē. Sed Caue. Tri. Quid est? Nut. Sardalippā video, fuge. Tri. Vale: atq; Helionorā iube.

SCHOLIA IN SCAENAM PRÆCEDENTEM.

(Cæcæ dubio me procul videndo præsaui). i. que me procul dubio corripuit, et in suum amorem traxit. (Videndo). i. dum videtur: et a me procul nimis anxie contemplatur. Audivorem ad rem ad pecunias et censum. Irripiam intro me rapiā: intro me dedam: Quo votis stare? hoc est, vt votis, & promissis permaneret. Vestiplica) que vestes tergit: et plicat. Granatina) Granata civitas et regni in Hispania florens; quod nostra memo-

ria mauris vi et armis extortum fuit. Quare nunc plurima sex? vtriusq; turba Granatina seruit per omnē Hispaniam. Stragula) ab sternendo dicitur, sicuti et instratum dicitur id omne quod insternitur. Toralia) quibus tori sternuntur. Peristromata) sic greci dicunt: quod latini stragula. Synecium) Synecium locus est mulierū secretior in cibus. Trulle et matelle) Vasa sunt, quibus ventris excrementa redduntur. Branearum improbam texturam) Branearum telum frequentissime rumpatur et desiciantur: domoꝝ angulos: et omnia laquearia complent. Insinuat) introducit. Cyathifator) .i. cyatho vina ministras. Est cyathus paruum poculus. Scitula) eleganti et formosa. Brundine) sagitta. De amore) .i. propter amorem. Suffuderit) infecerit, tinxerit. Et lionozam tube) scilicet valere.

TRILVS. PHILOCON.

DVS.



Te sœuā & iniquā, meritoq; a mortalibus orbam prædicatā fortuna: quanta me temporis puncto incōstantia ludificata es. Sortitus sum dominū dæmentē ac liberalem: amicæ quoq; quā vni ce amare occæpi, statim verbo tenus sū factus cōpos. Veruntamen ita in his subdo

le: crocodili non ab similibus, insidias pientissima molita es: vt sub insperatæ occasionis specie pdideris me, dominūq; simul. Quē certo scio, quum ad ecclesiā me non inuenerit: totum oppidum pererraturū: meq; maledictis, quod se deseruerim. incessurū: et in aliquos: qui norint, si inciderit, quo pudore afficietur? Solus hoc diei palliatus quid causabitur, quid cōminiscetur? actū est de me. Quē tamen video: ipse est. Fortunatus sum hodie tantō successu: nodū discessit: adibo, ne meū abitū suspicet. At at moesti tudo aliqua obtigit. Imposturā ei fecit etiā fors: quā criminatur: concedā huic: & insidias parūper dabo. Philo. Heu me miserū: quā leui filo fors mea pēdebat. Ni mei fuissent oculi hallucinati, felicitas maxima portendebatur. Quid mater nūc dicet? quid faciet? quid cōiectabit? Tri. Interpellare libet hominē, quid hoc infelicitatis est? Phi. Fūditi? perii. Tri. Meli? faciat deus. Phi. Perii Christiolaq; perdidit. Tri. Quid est infortunii? Phi. Infaust? ego meā Christiola infelicitatē impertiui. Tri. Ah quid ais? Phi.

Reduc me in domum: qua sit hominū frequentia minor: et rem tibi pandam ordine.
 Tri. Incipe cōtinuo: et hac me sequere. Phi. Intraui templū: & post ceremoniale frontis signū, post aue hominū sospitatriei dictione: omnia collustrare oculis anxi? occœpi. Demū video matrē ac filiam inuolutis capitib?, murmurantes. Erat inter vtrāq; spacii relictū aliquātum: & pone mussans Christiola: diui Nicolai cancellis adhærebat: dedo me statim intra facellū, cæcellisq; infero.
 Tri. Quis te fortunator? Phi. Audi: gloriæ concentus vltimū (aiunt) tenet locum.
 Tri. Specto quid narres. Phi. Summissim captans, ne ad matrē peruenirēt: suspiria penitissimo ex pectore ducebā. Quid multa? meis alte petitis victa suspiriis: caput Christiola reflexit: & quo tū (inquit) morbo laboras: qui tā lugubres ædis respiratus? Sus sultat mihi tunc cor maxima præ læticia simul & verecūdia agitatum adeo: vt lingua præpediretur: Sed vix tandem deniq; confirmatus: qui medelam non sentit (aio) ni quo sit loco contractus. Tri. Urbanatim

quidē. Phi. Vbi nā (inquit) tibi est inculsus miser? apud te. Apud me? parum superciliosa quærit: nostin tu me audax homo, ac delirus? Noui Christiola nostratiū pulcherrimā. Quis tu es, q me palliatā noueris? Tunc reiecto pallio: sū Philocōd? (inquā) quem mellea febris eneruat. Tri. Probe. Phi. Demāssis ad hæc ocellis: vertit se denuo paxillū: et pallioli alas expandēs, quo se totā aptius inuolueret: luculētam illam ac præstantem mihi faciem adorādā explicuit: & qui te (ait) morb? infestat? Dulcis sane (inquā) ac blandus: si tu sis propiciabilis: te vero non medicante: mortifer?. Tri. Nihil vltra petendū: quid tū illa? Phi. Medicinæ subridibunda sum, dixit: rudis: nec meo vt quisquā medicamento sanescat: habes persuasum: crebro licet aut languido pulsus ictu validudinem quandoq; calleo.
 Tri. Non ibi tu lateri te insinuans, pulsum vt tentaret tali in articulo supplicasti? Phi. Verbum feci nullum. Tri. Pro angelorum hominūq; fidem: tantā te opportunitatē amittere? Actū agis. Phi. Qui nos cancelli

dirimebant: audacissimum me iam fecerāt: cum tamē ad cominus agendum: manūq; manū tangendam: prouocari me derepēte audiui: velut amens obstupui. Siquidē (vt scias) hoc mihi genuina insitū est natura: vt quū vix tandē mihi cupirē: sed nōdum delibatē: cōtingit appropinquare puellē: tūc elinguis palleo: meq; auerto: faciē eius tanquā iubar solis fugito: videreq; non sustineo. Tri. Nullus amatoriz militiz auctoratus: tam est strenuus aut facundus: quin: quū sit vsus: quandoq; mutescat: quis tamē vnquā tantē defuit occasioni? Phi. Ignauissimus ego. Tri. Naturā vince: pudorq; ab amante faceffat. Nam si sic eris animatus: operā perdes: teq; amor illiciet in dispendium. Phi. Bene mones: accingat quantum potero: & quicquid amor iusserit (fidem tibi meam astringo) sequestrato exequar pudore. Tri. Hac tu tantula causa maledicta inte exaggerabas: teq; infelicē appellabas? Phi. Aliud est quod mihi cordolum parit: negociūq; faceffit. Tri. Aliud? quid id est? Phi. Quū eo internos: vt dixi

modo confabularemur: esse meq; super tactione pulsus sollicitus & simul attonitus: ecce duo episcopi cum magna ingruunt caetera: ædemq; sanctam confertiunt. Tri. Quam timeo: ne ii episcopi mali quid afferant. Phi. Confugiunt ambæ celeriter ad aram quādā. quæ delubri in angulo cōstructa: præ nimia vix poterat obscuritate animaduerti: eodem ego fixus permansi vestigio: donec episcopi: diua virgine salutata: discesserunt. Tri. Quid igitur postea? Phi. Postquā huc illuc aciem versans: me solum tēpli video meditullio: vbi nam latuerint illæ quæro: ad quas fuscis ambus inuentas: quasi quid ab aræ præside supplicatur?: accedo. Tri. Quorū sum euadas; sum in metu. Phi. Pilulis ex coralio supplicia dinumerabat deo Christiola: materq; pone sex ferme pedibus itidem mussitabat: quā filiam ratus: sic cæpi stupidus compellare. Tri. Papæ. Phi. Quū mex possis ægritudine domina tu sola mederi: solaq; possis ardore: quo meū aburitur cor: auerruncare & amoliri sine tua præsentissima pulsus atrecta

tionē abire: nō audeo. Quā tu (inquit) nō
 fin alloquaris? Noui (inquā) te Christio-
 lā: vt qui cordi sculptam habeā nomēclatu-
 ram. Surrexit ilico: & heus (inquit) Chris-
 tiola me sequere: citatoq; gressu me semia-
 nimē relinquūt. Tri. Omnes tu homines
 superas infelicitatibus. Ph. nunc demum
 intelligis? Quibus iurgis: quibus nūc op-
 probriis credis: meam ob socordiam atq;
 inertā gnatae parētem obstrepere: ac obla-
 trare? Memiserum: qui tanto illi nequeo in
 conflictu subuenire. Tri. Lachrimare no-
 li: compertum omnibus est: amorē melle ac
 felle fecundissimū: futurum spero: matris
 obiurgationē vsui tibi fore. Auidius vtq;
 cōcupiscunt: quæ interdiciuntur: foeminae:
 & in negata decurrūt incunctatē effrenes.
 Bonū habe animū: secūsus nos deus iterū
 respiciet forsā. Phi. Enitere amabo: si quid
 credis: & insolubili me tibi necessitudinis
 nodo perpetuo deuincies: obnoxiiq; red-
 des. Parasiti etiā: quē iam moror: quia per
 scurrilitatē cuius licet ingerere se gynecio:
 vsuraria: si conuenerit: ytere societate: tem-

porarius erit proculdubio labor amborū:
 emolumētum soli tibi accrescet. Tri. Hoc
 tibi pro certo possum affirmare: nil me reli-
 cturum intētatum: quod sit huic negotio
 futurū iuuamento. In vtrūq; tu oculū con-
 quiesce: diffidentia ne te crucies: nil quantū
 uis humile momēto expugnatur. Ph. Re-
 uisco. Tri. Domi nunc sede: ad Sardalip-
 pam ego pertēdam: si possim aliquid odo-
 rari. Phi. Censeo, propera.

SCHOLIA IN SCAENAM PRAECEDENTEM.

(Verbo ten?) Statim enim obtinuerat, vt Helio-
 noram alloqueretur: itaq; verbo tenus. i. quātum
 ad verba et sermones: quibus mentem suam et a-
 morem expofuit: sacrus est eius cōpos: Croco-
 dilū nō ab similit) Crocodilū Nilus fluminis egypti
 tihabet: vt Plinius inquit: quadrupes malum: et
 terra pariter et flumine infestum: magnitudine ex-
 cedit plerūq; duodeuiginti cubita: parit oua quā-
 ta anfers: eaq; extra eum locum semper incubat
 p̄dinatione quadam ad quē sumo aucto eo an-
 nō egresurus est Nilus. Est vnguis armatus,
 et contra omnes ictus cute inuicta. dies in terra a-
 git noctes aqua: teporis vtrumq; ratione. Nunc fe-
 runt conspecto procul homine: lachrimas emit-
 tere: atq; eundem mox deuozare: quare nunc Tri

lus fortunam similem dicit Crocodili: que se simy-
lar interdum propiciam his, quibus magnum ali-
quod malum molitur. Post aue hominum sospi-
tratrici dictionum dixerat enim secum mussans sa-
lutatione angelica aue Maria. Sospitricem apel-
lauit virginem matrem, que nobis Christum ge-
nuit seruatozem ac sospitatorzem. Vocatur sospita-
tozes, qui nos reddunt incolumes, quibusq; vitam
acceptam ferimus. Murmurantes summissim
deum et matrem virginem orantes. Pone muss-
sans). i. post, ita vergilius: pone subit coitur. Mus-
sans, occulte et presa voce loquens. Plinius in pro-
emio naturalis historie. Dum ista mussita ma plus
ridus houis viuimus. Glorie contentus vltimum
aiunt/ tenet locum) proverbiu est vulgo cele-
bratum in Hispania, quum volumus significare,
non esse iudicandum ante finem, et postremum rei
exitum, inde ductum, quod psalmi et pleraq; om-
nia que in templis deo canuntur: cum gloria patri
finitur. Captans). i. venans alloqui Christis-
tologie: ita quod mater non sentiret. Et est ordo: di-
cedam suspiria summissim penitissimo ex pectore,
captans ne peruenirent ad matrem. Actum a-
gis) in cassum laboras: et est proverbiu, quod in
eos quadrat, qui res prepostere aggrediuntur: si-
p tumiq; videtur a iudiciorum consuetudine, qua cau-
sam iterum agere fas non est. In dispendium)
dammu et incommodum. Pudore sequestrato) se-
posito. Cordolium) dolorem cordis. Negotti-
tium) facessit). i. molestiam exhibet. Conferunt)

complant. Fuscis auibus). i. nigris: malis. Pro-
uerbiu est, malis auibus: bonis auibus: quum re
infelice aut secus significamus: sumprum ab ob-
seruatione augurum. Ab arg: preside) diuo scilicet
cerqui preerat arg, cuius dicata erat. Auerunca-
re) iacere propulsare: vnde Aueruncus deus di-
ctus, quod mala aueruncet, hoc est abigat. Mo-
menclatura) nominationem et propriu nomen:
Moror) expecto. Si conuenit). i. decens aptu
et coueniens fuerit. Usuraria societate) usuraria
uxorem dicit Plautus: cuius vsuram et vsu ca-
piebat Jupiter. Temporarius labor) ad certu
tempus non diuturnus, vnde temporarie amicitie
dicuntur vulgares, que non sunt perpetue. In
vtrumq; tu oculu conqueste). i. sis animo otioso
seculo vacuoq; proverbiu est.

TRILVS. PARASITVS.



Ritum est apud omnes gētes:
cuiuscūq; artis industrięq; pe-
ritos, simul, cōscis peritiam di-
uitiasq; iuidere: genuinoq; de-
te lacerare. Neq; cum homine quoquā ma-
iores quēpiam imimiticias gerere: quam cū
eo: qui quā ipse didicerit: artem pfitetur.
Quod inde reor effluxisse: qm̄ sibi quisq;
ablatū putat: suę pffessionis gnaro, quod
accreuisse cognoscit. Verū enim uero quod

vsu venturum manifestum est: id si tibi officiat: voluntate quod fiat ostendere: vulgari ne utiqua prudentiae ascribo. Nam parafitus: qui nunc accersitur: in coniungendis amatoribus quum sit callidus: in partem praedae veniat satis scio: aequo tamen mihi animo ferendum est: ne si suum adventum aegre me ferre tandem perceperit: meum consortium colloquiumque cauens: quaeratur alium: quo cum consilia ineat: & quae ego cubili leporem investigando fugavi: occidat ille: solusque mercedem indaginis ferat. Sed huc ipsum video properatam: compellabo amice. Salve pafite. Pa. Saluus sis: quid agitur? Philocondum manes? Tri. Aliud ago: tu vero unde venis: aut quo is? Pa. Aethiops ille vester, verbero, plagipatida, me apud vos hodie continuit: quem deus caelitesque omnes perdant: ita me varia spe ludificavit: opulentam saliaremeque coenam pallicantando: quodque nescio quo me vellet Philocondus impertire commodo, susurrando. Tri. Quantumvis sit Aethiops nugigerulus: minus tamen nunc mentitus est. Philocondus iussit tibi, ut ad

se venires, Aethiopem nunciare: vult in solicitanda: quam perdit amat, Christiola: opera tua uti. Pa. Iam nosse te meum aucupium credo: sagineis solum aubus plagas tendere curo: si apud Philocondum datur, me posse: bonisque dapibus impinguari, spem nactus ero: quantum valeat mea dicitas erga Christiolum: & quaecumque aliam: expertus discet: alias cribro haurit aquam. Sed ubi is est: qui domi totaque urbe quaesitus, nusquam apparet? Tri. Negotium habuit foris: caeterum iam domum postliminio redit: eo ambula: tenuato tuo denique vtero gratuitas dapes ingeres, & mandata simul accipies. Interim ego iter inceptum paraga. Pa. consilium probo.

SCHOLIA IN PRAE- CEDENTEM SCAENAM

(Vsu venturum) venturum, idem est vsu venire, quod accidere, contingere. Consilia ineat, i. e. consulet. Sunt genera dicendi romano candore condita, memorieque tenenda, inire consilium, inire gratiam, inire rationem, inire magistratum, inire pugnā. Quem ego cubili Leporem) Hoc frequenter vulgo iactatur, cum significare volunt hoc

mines, quæpiam alienis frui laboribus? et industria tractum a vasris venatoribus, qui leporem ab alijs indagine longa inuentum, occidunt et auferunt. Cerbero verberones dicebant a verberibus, sicuti flagratione a flagris. Plagipatida a plagis ferendis et patiendis serui dicuntur plagipatide. Saliaræ coenam) lautam et copiosam a salijs sacerdotibus, quæ per dies festos luxuriosas coenas facere dicebantur. Saginarius, i. saginatus et pinguis, nimium diuitibus et opulentibus viris. Tribro haurit aquam) prouerbium est in eos, qui frustra quid conantur. Postliminio redijt) postliminio redire proprie dicuntur, qui ab hostibus capti tandem in patriam reuertuntur, et iura ciuitatis, quæ amiserant, denuo recuperant, inuicit; Trilus, philocodum curis et anxietatibus domo pulsum, et ingenti cupiditate videndi Christiolam captum, tandem domum reuertisse.

ACTVS TERTIVS. NVTRIX. HELIONORA.

Quid est quod gestiebas modo: quum intrabas? quid subridebas? He. Nihil sane. Nu. Hihil ais: iam nugis locus est nullus? pudor te prodit: tuæque pandit interanea. Sed & tu mihi quum sis prope filia: vtrumque vultum reclude. He. quid tibi vis? Adeo me pseuer

ranter vultuosam soles offendere: vt lætari nunc pro monstro sit? Nu. Aliud est hilarum esse te: aliud gaudibundam gesticulari. He. Vis dicam? Nu. Cupio. He. Pudet. Nu. Solæ sumus? He. Hoc laborioso puluillo nunc nuper vix caput deflexerat: quum me nescio quod somnium occupat: cuius illusiones mente voluens, ridibunda gestiebam. Nu. Somnium, quando sumus otiosæ: narra. He. Quid tibi vis narrem? mea deliramenta sunt. Nu. Vsu iam callui: quæ cogitauimus etiam nunquam: nobis in quiete quandoque videri: verum quid amabo? He. Illo me petulanti nupsisse Trilo. Nu. Quoties ego iuuecula: cui post denique nupsi: pressim me sauiantem: plusque conantem, in sonis videre sum visa: nil me meis tamen æqualibus dispuduit expergitam, recitare: quum insomnia: quæ præter rationem sæpe nos exagitat: imputetur nulli: at tamen quid? He. Compressam Trilus admodum me propudiose videbatur habere: & ecce imaginaria nescio quæ voluptas intemporiis expergiscit. Nu. O veneris

magna vis: quæ etiam incautis dormiendo obrepis. Accipias omē: si dignus videtur. He. Bon⁹ sane. Nu. Catulire incipit hæc: habet. Non tuā esse in rem: si est pro aspectu nūmā⁹, Trilo nubere, abnuerim. He. Nil me de his cōsulas: quæ tamen adhærebit illi: felicem (ni fallunt illa decora linea menta) appellauerim. Nu. Si tu mihi comiter: vt in aliis soles: assentires: ei te facile capularem. He. Tu quæ me cōsilio anteis, et ætate: quid mihi magis conducatur: expēdes cōsultius: tibi relinquo. Nu. Bene tu quidem: tuis ego rebus cauero. Nunc Sardalippam Christiolæ insultantē: maleq; habentem: audire percipio. Sileſce: verbum aliquod forsitan aucupabor: excandescentiā quo coniectem.

SCHOLIA IN PRÆCEDENTEM SCAENAM.

(Interanea) intestina, viscera, cogitationes seclitæ et intimas, et quoscunq; affectus reconditos. (Truncq; vultum) reclude lectum vultum et tristez: nimirum sicuti soles mihi pandere quicquid inest moeroris et angoris, ita et aperias summam lectitiam et voluptatem. (Vultuosam) tristem et indolentem

gnabundā: ita Cicero in oratore, ne quid ineptum sit aut vultuosum. Laborioso puluillo) laboriosum puluillum appellat, quo puellæ leniter promittentes recumbunt, acu lintea concinnatæ. (Catulire) libidinari, coitum sitiēter appetere. (Habet) amore capta est. Tuā esse in rem) in tuam vtilitatem, hoc est, esse tibi vtile. Christiolæ insultantem) i. inuadentem in Christiolum, Maleq; habentem) i. tractantem.

SARDALIPPA. CHRISTIOLA. NVTRIX.



It meam, in te educanda, sollicitudinem Christiola repēdis? Sic præ meis te dilexisse oculis, boni cōsulis: vt id mihi nūc inficeris: his quod vidi oculis: auribusq; audiui? Qui potuit ille tuum pene antelucanum iter, ni per te monitus, nosse? Quis palliatas nos ituras prædixit? Per paternæ maternæq; charitatis fœdera: per tuam istam luculentam faciem: quæ mihi speculi vicem reddit: cuiusq; contemplatio sat mihi nunquā fuit: te precor filia: ne tibi pudorē: tuisq; parentibus decus simul & vitam abroges. Tu nobis ex tot natis sola superes: tibi nostra omnis familia iā nititur

tur: per te nostrorū stemmata gentiliū propaganda sunt. Memineris esse tibi sponsū ditem, nobilem: quem si cognosceres: felicitatem tuam utiq; non ignorares: illum etiā scelerosum: tuæ qui conatur insidiari pudicitiae: nil aliud quærere: quam tua ista: qua polles: ab usum forma: domui generiq; nostro: de isto te honoris pulchritudinisq; suggestu pessum deiciendo: notam ac maculam inurere sempiternam. Tuum item patrem scis, nobis propediem affuturū: qui si quid vel in te vel in me: quod eius animum moueat: offenderit: iræ nesciet imperare: nec quid agat inter agēdum, donec penitentiae non sit locus: meditabitur. Eius literæ frequentius sonant: curam ut tui habeam: tibiq; ōnis mea sollicitudo inuigilet. Quod me semper fecisse: deus ex alto cuncta prospectans, nouit: tuq; filia: Neq; me certe facilis cura nunc angit: tuam quod præstringat famam: te perpetrasse adhuc. Verum maternus amor omnia timet: & ne ab illo fatuo petulantiq; adolescente, tua quid honestas incommodi patiat: exhorrescit. Cuius tu

nomē si diceris: nil mihi occuluisse uelle, uidereris. Chri. Nunc omnium esse me foeminarum infelicissimam: satis superq; cōpertum habeo: cum illi quæ me peperit: honestatem meam persuadere non possum. Quid alii de me mea mater credent: si tu de mea fide dubitas, meq; nugacē existimas? Qui possunt te: cuius a latere transuersum nunquā sum digressa pedem: mea nō dicta dicā aut facta: sed nec cogitata latere? Si perditus ille nostrū præspeculatus iter: nosq; a domo consequut? prope me sedens: inq; me petulanter debacchat? deliramenta nescio quæ coepit effundere: quibus neq; aures dedi: neq; animum intēdi: quin ut abiret, malum, identidem repetiui: sum ego in culpa: an tu, quæ me eo duxisti? Præterea cū toti? fere Hispaniæ iuuenum primores Regem sequantur: omnesq; nobiles adolescentēs existimentur, degenerasse, si nō certis annis aulici fiant: quibus lynceis oculis, qua animi præflagatioe pallio potui dignoscere inuolutum, in tanta præfertim hominum turba frequentia ac multitudine? Me-

um autem patrem (cuius (quod sciam) neutiquam desinerim ab obsequio: libenter & audio aduentare: & supra fidem exopto: vt eius ductu viniēdi rationem aliquam in ea: in aliquodue monasterium detrudar: horum vbi fluctuum expertem, vanarūq; suspcionum degere vitam possim. Sa. Eho nondum tibi compertum: viro quæ sit tradita: sacris initiari non posse? Chri. Noui mihi quaquauer sum adhuc integrum pro cedere. Sa. Deliras heu filia prorsus: abeo. Nutrix eodū ad me: quo te agis? Nu. Suggestum ascendo, vt lintheola quæ suggrundiis pendēt: insolata ne sint pertentē. Sa. Mane: id ego curabo, tu Christiolarē iterim assiste: & super his quæ te, fat scio nō fugiunt, meliora suade. Nu. Nil me moneas: frugi me nunc senties, vt semper.

SCHOLIA IN SCAENAM PRAECEDENTEM.

¶ (Rependis) recompensas. Boni consulis) bonum indicas. Antelucanum) matutinum, et ante solis exortum. Palliatus) palliis inuoluitas. Malum) interiectio indignantis. Plaut⁹ in *Mechmis*, quæ hec, malum, impudentia est: *Ly*

ceis oculis) tāta fuit Lyncei perspicacitas: vt in pro uerbum abierit: ferunt enim, terram et saxa et ipsos etiā in feros oculorum acie penetrasse. Sugggrundiis) Suggrundia partes sunt tectis promissantes, quæ pluuias arcant a cœmentis et parietibus: unde foemine solent linthea suspendere, ut insolentur, i. i. sole deficiantur.

NUTRIX. CHRISTIOLA. SARDALIPPA.



Væ Christiola matri aduersari: sermonisq; vicē pertinaciter reddere: non censuerim: quin ea quæ dixerit laudare: & taciturnitate, quæ semper in puellis laudatur, obiurgationem præterire, cōsiliū duxerim. Nam si vis par pari, verboq; verbum lingulaca referre, tuis te impetis hastilibus, Chri. Tibi mea Nutrix: quam mei semper amantissimam noui: paucis animi sententiā dabo. Nu. Id erit audire voluptuosū. Chri. Illius cōnubium Alilpi primis ab annis odi (scistu) detestataq; sū: vel quod disparilis ætas, vel quod forte quæ nō noueris amare, haud puerile est. Nunc vero Pbilocondus ille iuuenis: ducere me perquam cupit vxorem: &

quod fiat, ego etiā maxime cōcupisco: quā si mihi, non sibi virū parentes quærunt: ius et fas sinunt, Mihi crede, si non fit, baratro nedum cōenobio libētissime patiar, impin gi. Nu. Licitum ibit inficias nemo: quan do nubles ante annos desponsata es: non tamen cura nunc macerescas: veniet Miho: & tibi consulat: atq; sibi. Cognita nāq; Phi locondi profapia, magnoq; census prouē tu: quātaq; sit inter vos & genere et ætate parilitas, comperto: facile pedibus in tuam sententiam ibit. Chri. Nil aliud mea ieu nia: mexq; diurnæ nocturnæq; mussitata: hisq; pilulis computata: supplicationes ex poscunt: quam Philocondo, nulliue nubā. Sed tace: lupus adest. Sa. Quem video, huc cursum intendentem? Nostin Nutrix? Nu. Coca parasitus est, Milionis olim vmbra: alterum tamen illum cōuentum quæ rit. Sa. Caue sis Christiola: fenestræ ne te inferas. Chri. Semper vtinam sedeam, vel ad interitum.

SCHOLIA IN SCAENAM
PRAECEDENTEM.

(Ticem sermonis pertinaciter reddere). i. obisur ganti acerbe respondere, et verba nihilominus sto machosa rejectare. Lingulaca) loquax et ver bosa. Tuis te impetis hastilibus). i. te ipsam in uadis et vulneras tuismet armis. Zus et fas si nunt). i. humana iura et diuina permittunt, me nu bere cui velim, quādoquidem voluntatem liberā, que preponderat in conubijs, nunquam Alilpo prestiti. Mussitate) obmurmuratq; z summissim prolate, semper enim deo mussitam potius quam eloquimur. His pilulis computate) Tandudum inualuit consuetudo, vt pilulis et globulis ligneis, quib; pont. max. aut anglicę monache nescio que benedixerint: precule deo z matri virgini an nuntentur. Lupus adest) ita Terentius: lupus est in fabula: volens innuere cōticendum esse, quum in teruenerit is: de quo cōfabulatio erat. Quod sum prum inde Donatus existimat, quod lupus ei quę prior viderit, vocem adinere dicitur. Milionis olim vmbra) vmbz dicebantur pconerbiali loco qui venibant ad conuiuium non vocati, sed comites eorum, qui vocati fuerant. Unde Horatius: locus est et pluribus vmbis.

PARASITVS. TRILVS.



OTū oppidū pererrauī: nocte qui ui fessus admodū inuenire: ni modo quum anhelitum vix capit os. Tri. Sedētaria igitur respiratione

lassitudinē paulisper digere. Pa. Satis iam abegi: audi. Tri. Eloquere qd vis. Pa. Lōga Philocondus oratione quid me vellent quoq; tuo iacta sint vaframēto amoribus fundamenta, exposuit. Dixi quandam me cōuenturum anum: quæ meæ vicinæ paulo ante cōmigravit, sagam, veneficam, præstrigiatricem; nec minus potentem (vt fert fama) suis versutiis, captiūculisq; vltra mūdi cardines pudicitiam ablegare: pollicentemq; facile (si fulserit aurum) cuiuscunq; foeminæ concubitum. Ad quæ Philocondus respondit: nullis aliis vti se velle proxenetis: quā te et me: quoniam esset indignū, Christiolum: cuius peteret ipse cōnubium: a tali peste adiri. Venio nunc igitur ad te: vt alter alterius adminiculo fultus: vltimā his amoribus manum imponamus: nosq; ditemus: atq; dominum compilemus. Tri. Nimis vtiq; gaudeo: talem mihi comitē & sodalem obtigisse: qui sit in laboribus futurus leuaminis: commoditatisq; in quæstu. Nam si recte sapimus: duobus corporibus vna mēserit: alteri ne displiceat: alteri quod

incumbat vel voluptatis, vel cōmoditatis, vel honoris. Pa. Optime quidem; da dextram: & perpetuo nos amicitiae vinculo astringamus. Tri. Do: & tanquam alter iam ego accipe mei cordis arcana, Pa. Ne cuncteris: tibi iam dicis. Tri. Helionorā Christiolæ puellam ardentem amo. Pa. Principium placet. Tri. Eris mihi perbenignus: si apud eas, oblato sermone: de me honorifice verba feceris: meq; non pro meritis: sed pro tua dictione cōmēdaueris. Pa. Ne plura his dixeris: sapiētī innuisse sat est: destinato sermoni parerga adiiciam opportune. Veni mecū: conueniamus ipsas. Tri. Te sequor vmbra.

SCHOLIA IN PRAECE DENTEM SCAENAM.

(Sedentaria) Sedētariam respirationem appellat, qua sedentes vruntur, ad lassitudinem demulcendam et mitigandam. (Vaframento) vafricta et calliditate, mira fuit semper aphrorum calliditas. (Sagam) Sage dicuntur mulieres magicarum herbarum sciētes. (Præstrigiatricem) Præstrigiatōres sunt, qui circumstantibus oculoꝝ aciem ita præstringunt, vt dolum non sentiant. (Proxenetis) Proxenetē sunt conciliatores in ho-

nestorum amorum, atq; etiam honestorum, quiq;
mediatores sunt inter emptorem et venditorem.
(Parerga) quę præter propositum additur alicui
rei, vt pictores solent arbutulas, pingentes ima-
gines, addere ornadę tabule gratia. Te sequor
vmbra) Diximus vmbra dici, qui cõtuas sequi-
tur, non inuitati, velut vmbra corpus sequitur.

PARASITVS. SARDA-
LIPPA. CHRISTIO-
LA. NVTRIX. HE-
LIONORA. TRI-
LVS.



Aluere vos multum iubeo virgi-
nes atq; viragines: ecquis mihi
prior osculũ amplexũq; dabit?
Nemo? ecquid conticetis? Sa.
Tace sis inepte, nõ pili homo: qui post Milli-
onis abitum nos flocciferis. Pa. Minus
dixeris mea Sardalippa, meum melem, tuam
mea suauitudo. Sa. Mitte blanditias fri-
gidule: verbaq; lapsantia effutire: nihil hinc
auferes: aures iam tuis hoc genus affamnis
obthuratas, scias. Pa. Tu etiam Christio-
la me odisti? Chri. Nil dum: verum quis
te nobis alienauit? Pa. Cuiusdã potesta-

tis secutus culinã: voluptuose vtq; pergræ-
cabar: pappadę quicquid palato collibuis-
set: honorarias etiam vestes illa mihi pote-
stas largiebatur, inde tamę agere me: licebat
nunquã: quod erat permolestum: quid ver-
bis opus? deserui: meq; alio traduxi. Chri.
Vbi nunc vesceris? Pa. Apud Philocon-
dum illustrem inuenem: amantemq; tui.
Sa. Cur sumissim Coca loqueris? impar-
tire nobis quicquid est. Pa. Nihil est: for-
tunas meas Christiolę narro. Sa. Quid re-
fert Christiola: quod rosaceo tu rubescis co-
lore? Chri. Opsoniorũ varia genera: quo-
rum sibi copia erat apud dynastam: cui pal-
pabat. Ain verum, tecum Philocondo age-
re? Pa. Verum. Chri. Parum mihi est Phi-
locondus notus: oris tamen dignitas et li-
niamentum: mēbrorumq; ad vnguem cõ-
pactio generis probitatem, claritudinemq;
ostendunt. Pa. Quũ Philocondi virtutes
habitũq; cõreplor: stupeo, peneq; desipio.
Quis illo pulchrior, ac elegantior? Quis
gnavior, aut agilior? O felix illa virgo: quę
talem marita virum amplexabitur. Nu.

Quid credis Helionora; Christiolum nūc
audire: quod tam purpurissatam reddit fa-
ciem. He. Propudiū aliquod ab illo audit
amente parasito: quod eam pudore afficit.
Nu. Quid tu stas Trilæ? Accede ad ignem:
ne frigescas. Tri. Alisiosum mones: habeo
gratiam. Pa. Et vt verborum meorū sen-
sum enucleatius decorticē: aut te ducet vxo-
rem: aut se morte, perpetuoue multabit exi-
lio. Sa. Huc ad me Christiola: nolo istū
frigidum insulsūq; parasitum tibi ad aurē
fringutire. Pa. Eia autem frigidū & insul-
sum. Sa. Curtuas mecenas fabelas? Pa.
Vis? Sa. Volo. Pa. O quā sum vitam in
collocatione Christiolæ functurus. Altera
tunc erit mihi mensa parata: vbi lardū: per-
nam: petasunculū: omētoscq; pastillos: ius
etiam mire cōcinnatū: maritimūq; omne
gen?: tum etiam pauones: phasianos: per-
dices: deuorem: deglutiam: detrūcem. Sa.
Generū tu meum nostin? Pa. Quem gene-
rū. Sa. Alilpū regis Francorū aulicū: cui va-
giens fere in cunis Christiola despōsata est.
Pa. Sponsus ille tuus? Sa. Quid (malū)

frontem caperas? non dignus, cui filia regis
nubat? Pa. Hoc scio: annis quib? ego tro-
cho ludebam (meus mihi tunc pater narra-
bat) quēdam Alilpum humano cruore sœ-
datū ob aleam, Hispania p̄telatū: Neapo-
limq; compulsū: Indidem etiam ob simile
galliam fugatū, remeaturū nunquā: siqui-
dem iureiurando fratres ad aram, fraternū
vindicatoros polliciti sanguinem cōmina-
bundi: a barbæ capillorūq; tonsura: donec
id effectū redderent: abstinebant. Sa. Erat
(fateor) aleator celebris: cæterū alium iam
vsu hominem indutus, bonæ frugi palmā
possidet: cumq; inimicis in gratiam rediit.
Istis tamen superseam?: & quis tuus ille
comes: qui domui sœmineoq; ministerio
tam se insinuat pro noto: expedi. Pa. Pur-
purati est cuiusdā œconomus: ac collacte?:
vir elegans: ac facetus: honorisq; prognat?
parentibus: ampliterq; pro conditione nu-
matus. Sa. Quid est ei cōmerciū cū Nutri-
ce? Pa. Frater Nutricis: quo Trilus iste a-
mico vtitur: nescio quæ mandata dedit ad
eam: Sa. Quid cum Helionora? Pa. Est

cunctis ex ingenuitate affabilis. Sa. Haud mihi placent: qui se agglutinant incogniti. Sed neq; tu sine Milione rurſus te nobis ingeras: duc te ab ædibus. Pa. In æuum vale: Veni mecum Trile. Tri. Sequor.

SCHOLIA IN SCAENAM PRAECEDENTEM.

Non pili homo) suple faciendus. Familiaris hec hyperbolica locutio, pili non facio, pilo non melior, quam minimi quidam momenti significatur. *Lausantia*) Vana et futilia. *Esturire*) inepte loqui. *Affamius*) nugis et ineptijs. *Pergræcabar*) voluptatibus indulgebam, semper enim gens græcorum apud poetas Latinos male audit, tamquam voluptatibus addicta et effoeminata delictijs: unde pergræcari pro geniale vitam agere usurpatum est a doctis. *Plautus in Mustellaria*, dies noctesq; bibite pergræcamini, amicas emite. *Loca*) nomen proprium parasiti. *Dynastam*) potentem, optimatē, regem, dominum. *Palpabat*) blandiebatur. *Ad vnguem*) absolutissime, a matremorarijs sumpta metaphora, qui superinducto vngue, commissuras explorant. *Propudium*) plerumq; hominem notat a quo pudor et pudicitia procul sunt, sed nunc dictum obscenū, aut naturam impudicam designat. *Alsiotum*) alsiotum si sunt, qui algorem ferre non possunt: et frigore tiffestantur. *Fringuire*) adgarrire, *Caperas*)

in rugas contrahis, a cornuum caprinorum similitudine. *Protelatum*) propulsus. *In æuum*) in perpetuum.

TRILVS. PARASITVS.



Nimvero parasite bonæ ones inter se felicitates velitari videntur: quæ mihi veniat earum obuiam prima: quæ me prior salutet: ita optata: & optare quæ mihi vix auderem: ad manum succedunt.

Pa. Iam scio quid gaudeas: id ego Sardalippæ meis verbis attentionem captabam: ne te præsentisceret; nullo quippe modo: nulla utiq; cautione tenera Helionoræ læbella comprimebas: morsuunculisque impetebas: mamillas quoq; & (ni fallor) locos etiam post illa lectisternia atrectabas: illud quod plæriq; omnes amantes, putans: cum cætos excutire. Tri. Ain verum: sorbillantiate nostra sauia prospexisse? Pa. Prosperi nempè tibi: et sauia vidi. Tri. Papæ: contuita est Sardalippa? Pa. Id ego caui, ne audiveret: quando contui non poterat: lecto auis quoq; obstare. Tri. Sum felix tuo arbitra-

tu? Pa. Fari non audeo: ne te preoccupet
 zelotipia. Tri. Dic age: me alterū te nil ce-
 les. Pa. Nullam vidise, sum memor: quæ
 corporis orisq; habitudine tuæ nūc Helio-
 noræ antisset: quare me dirumpit inuidia:
 mellea te succulentaq; eius oscula delibatu-
 rum ociose: meditantē. Tri. Cupis mecū
 in vnum nidum conspirare? Pa. Caue sis
 dixeris: iocabar. Furor est profecto: quā so-
 roris loco sis habiturus: in eam animum in-
 tendere. Verum vnde tanta inter vos repē-
 te consuetudo? Tri. Senectus illa cupidine
 capta, simplicē inexpertamq; Helionoram
 adeo mei fecerat sub illecebra maritadi cu-
 pientem: vt nil mihi denegare: fore sibi cō-
 ducibile, honorificūq; putarit. Pa. Beatū
 te: fortunatūq; appello. Nam etsi sum alio
 qui neutiquā mulerosus: ad id genus for-
 mā inardesco: quod tua tamē, nihil moror.
 Tri. Mea quidē hercle: iugatis siquidem re-
 ligiose manibus: cerimonialiq; interroga-
 tione præmissa: propriā mihi dicauit Nu-
 trix. Pa. Elegantē memoras anum haud
 auarā. Tri. Non recte accipis. Pa. Quid

ita? Tri. Mulcentibus meis astructa verbis,
 Helionoræ: quā spōsam nominabā: tribus
 noctē castellanis bona capularis pacta est:
 quibus necessario Philocondus est emul-
 gendus: aut vadimoniū deferendum. Pa.
 Qua sutella? Tri. In rem suā esse dicam: si
 Christiolarē vult expeditum aliquando col-
 loquiū dari: pecunias vetulæ dilatgiri. Sed
 interea tu cum Christiola quid? Pa. Non
 frustra sui: fecerā lucri: ni Sardalippa mer-
 cimoniū callens: suo me colloquio interdix-
 isset. Tri. Quid igitur censes? Philocon-
 dū causa cadere? Pa. Neutiquā per deum.
 Aliud nūc mecū stratagema cōminiscebar:
 quod si strenuus tanquam cupidinis miles
 vellet Philocondus apprehēdere: non diu-
 tius suspiraret. Sed video ipsum? Tri. Ipse
 est: qui cum loquitur cucullato? Pa. Hem
 Frater fernandus est: ad populū qui sacras
 conciones habet: Philocondi ciuis: ac, vt ip-
 se iactat: confanguineus. Hoc mihi genus
 hominum minus placet: quos humilitatē
 factitudinēq; preferentes in publico: nullis
 in occulto parcere contenderim impudi-

citiis. Tri. Male tu quidem: vt qui crastis, ab his quæ vere perhibeantur, auribus obstinatoque corde respuas. Hi sunt: qui nos ad dei seruitiū instruunt: vitæque nobis beatæ normam proponunt. Propius ianuam accedamus: et eos inde mutuis perstreperetes sermonibus obseruabimus. Pa. Memoria excidit adagiū: quo mex aures sæpissime tunduntur. Iam memini: male semper de se audire: qui sermonē aliorū clanculum captant: quod ne nobis nunc cōtingat, per timefco. Tri. Qui sibi conscius est: perperam non egisse: nullū murmurillum timet,

SCHOLIA IN SCAENAM PRAECEDENTEM.

(Velitari) contendere, et in more velitaris pugne configere: sunt enim velites milites leuis armaturæ. Ad manum succedunt) hoc est in promptu sunt, et ex voto succedunt, veluti manu teneantur. (Morsuunculis) osculis amantiū, quibus se mutuo ex amoris affectu quasi mordet. (Locos) genitalia foeminarum intelligit. (Sorbillantia) qui ex amoris affectu amicas saniant, sorbillare, hoc est sorbillo haurire videntur. (Vulgoque) Sicut aulca vela picta, quæ partibus diuitum appetuntur,

duntur, alio nomine dicta peristromata et peripetasmata, ab aula regis Atrali: vbi primum sint inuenta, sic dicta: populum enim romanum Atralus rex asic fecit heredem. Zelotipia) Mar. Tullius in. v. tu scilicet ait, esse zelotipiam egritudinem et eo quod alter poritur eo, quod ipse concupiscit: hinc maritus zelotipus dicitur, qui anrius solicitusque est ac timens, ne alter quoque poritur vxore, quam ipse amat. In vnum nidum conspirare). i. in eandem amicam mentem et affectum intedere. (Mulierosus) mulierum appetens. (Nil moror) nil curo, paruifacio. (Castellanis) Castellanus nomen est aurei numismatis in hispania. (Bona capularis) Capulum veteres appellarunt sepulchrum, quod corpora capiat. vnde capulares senes dicuntur, quia capulo digni, et capulo proximi. (Vadimonium deserendum) vadimonium sponsio est est et actio sistendi se ad certum diem in iudicio, quod non sine causa deserere debet, aut differri solet. (Lau sa cadere) idem est quod vulgo dicitur perdere, aut succumbere. (Frater ferdinandus) monachi omnes fratres vocantur pignomente nimis trito et vulgari.

PHILOCONDVS. ERA
TER FERDINANDVS.
TRILVS. PARASITVS.



Vid igitur censes fore mihi anti-
 quius? Fr. Dei præ te ferre timo-
 rem: vxoré ducere: a maioribus:
 non degenerare. Ph. Non ego is
 sum: q degeneré a maioribus sed q maiorū
 gen^o reddā illustri^o. Vnde tibi isthæc icidit
 suspicio? aut quæ tua talis curatio est? Fr.
 Meū est in omnes: sed in te causati^o censurá
 agere: tu dom^o nre trūc^o: tu radix: vnde nos
 ramuli deriuamur: vacillante trunco: nutēt
 frondes necesse est. Phi. Vis furtum ætati
 faciam? an vestrum vt augeam numerū, ca-
 nabe cinctus? Fr. Haud quidem id habeo
 te monere: verum vt agros: uillas: possessio-
 nes: quæ tui maiores bellicis artibus pepe-
 rerunt: nō ganeis: non epulis: venationūq;
 apparatu diruas: perdas: ac profundas. Po-
 stremo sic in occulto agas: vt sis memor: de-
 um nec cogitata latere. Tr. z. z. audi audi.
 Pa. Haud possum istos sermocinantes au-
 dire: ea censoria semper castigatione inces-
 sunt: quæ mihi maxime probantur, cede ta-
 men: hoc limen insistam: et cuius me forsā
 pæniteat, arbitrabor. Fr. Tale scq; tecum, ve

A. S. L. O. L. D. Z.

lim, vel domesticos, vel necessarios te habe-
 re: quorum probati mores tuæ institutioni
 vitæ prodesent: non perditio essent: quæ-
 que maxime comitatus prodūt. Pa. Di-
 uinabam plane: nostro res uertitur foro: a-
 beo. Tri. Mane: litem tibi audies intendi.
 Pa. Si vrgere contra liceret: forsan conuin-
 ceretur iste. Fr. Nam hodie mihi innotuit:
 ientaculis: merendis: ac internunciis omnē
 tuum censum diffundi: vaniloquūq; para-
 situm quendā in tuum contubernium ar-
 cessiuisse. Pudeat te per numē: nequā huic
 hominū generi auscultare: qui technis, sy-
 cophantiisq; non vestras solum opes com-
 pilant: verum in fontium umbrarum colo-
 niā deducendos, supparasitantes, obsignāt.
 Pa. Perdat te deus morsicatū caput: tuoq;
 flagra tergo tot impingantur opto: quod
 nugas blatis. Non satis his esset: in pulpi-
 to inuehi: ni totam ostiatim urbē percurrer-
 ent: improbando vitas omnium: ac dam-
 nando? Fr. Caue sis faxis: ne non abs te il-
 lum extēplo exigas. Pa. Audin tu illum?
 Tri. Et tu putas: huius Philocondū moni-

tionibus oblectari? non minus hunc: quam
 Orcū: quā Acherōtē odit castigatōrē. Pa.
 Certo tu scis: huius monitiones Philocon
 dum fastidire? Tri. Nihil certius. Pa. Si
 ne modo: non sum vir: neq; viuo: si me nō
 ante prouectam vesperā vindicauero. Tri.
 Inueni aliquid: quo Philocondū molestus
 fugiat victricus. Pa. Ha ha he. Tri. Qui
 rides? Pa. Quā facete ludibrio habendum
 hypocritā excogitauī. Tri. Expedi. Pa.
 Nil immoremur: abi tu: & post illud te ve
 hiculū cōde: iocularē audies dolum: ad Sā
 dalam illam cauponā ego pertēdā: huc iam
 reuenero. Tri. Tuū neutiquā imperium re
 tractabo. Speculā bone deus quā sum na
 ctus: vnde huc omnia & illuc potero sine
 suspitione arbitrarier. Sed interim quando
 vacat: ne omnibus sim horis nequā: ange
 licum aue: numerū cum his anglicis pilulis
 æquans: recitabo.

¶ SCHOLIA IN PRAE
 CEDENTEM SCAENAM

¶ Antiquius melius et cōmodius, quoniam an
 tiqua meliora semper sūt credita, vt mores, vinus,
 et similia, Quæ tua talis est curatio, .i. vnde tibi

¶ Hæc incidit cura, vt de mea vita inq̄reres: Surtum etati faciam) Ille plane furtū etati facit, qui cum sit puer vel adolescens, ea conatur & aggreditur, que sūt virilis etatis et mature. Canabe cingrus) Institutū diuī Francisci designat, in quo monachi canabe cinguntur. ZZ) hanc literam solum exprimunt: qui silentium, ore indice compresso indicunt. Hoc limen insitam) insendam. Arbitrabor) speculabor et explorabo. Nostro res vertitur foro) .i. de nostra re agitur, et ad nos expectat, quod illic tractatur: tractum a iudiciis, que fora habent selecta et distincta pro cōditiōne & ordine reorum. Tibi litem intendi) .i. in iudicium te vocari, et diem tibi dici. Tentaculis) prandiosis matutinis. Merendis) cōpotationibus, que meridiis fiunt. Technis) fraudibus. Sycophantiss) Greci sycophātas appellāt calumniatores: vilesq; homines subdolos et mendaces, vnde sycophantia, In fontium vmbzarum coloniam) Alludit ad morem romanorum, qui quū intellegebant, multos in vrbe paupertate premi, ita vt censui soluendo non sufficerent: triumuiros creabant, qui edictum propouerent, danda esse nomina ab illis, qui nouam in colonia mvellet, deducti: quo scilicet vrbs pauperibus exoneraretur: mittebanturq; in loca, quibus) Reip. expediret, propugnaculum cōstituit: vel in ciuitates bello direptas: accipiebātq; singuli duo: quatuor, vi, ant. vij. agrum iugera. Huic autem colonia fontium animarum appellatur iuferi, quo scilicet tanquā in coloniam

mittuntur facinorosi et impij, velut obfignati prius et supplicijs æternis destinati ab scarris et malis consulto:rib⁹, qui eos in scelera protrudunt, Morficatū caput ita vulgus appellat monachos propter partem maiorem capitis detrahsam, et veluti demorficatam. Blatis in compositæ et inaniter loqueris. Orcum plutonem, et inferozum fluetum. Acherontem inferni regni fluetum triste et sine gaudio pigrum. Anglicis pilulis duravit aliquot annos ante adrianum sextum pontificem romanum, vt ex anglia lignee pilule, quibus precule dinumerantur deo, adueherentur: quod eius insule quibusdam virginibus sacris concessū fuerat a romanis ponti. vt quibus ipse benedixissent, pilule maximam vim haberent ad abolenda letalia crimina, et grauiā queq; commissa.

FRATER. FERNANDVS.
COMES. TRILVS. MV
LIER.



Vram tamen si prouintiam cepi: qui coner iuuenē: quibus est delibutus: voluptatib⁹ mea sua dela seuocare: officio tamen vacandum eius ob stomachū: nō cēseo. Co. Nec tibi, qui sis ea professione: sim autor ego, quin potius persistendū: vt ad caulā ouis errabunda cum primis reuo-

cetur. Tri. Horā deprecabundus recubui: erigar paululū: si forte reuenientē videā Paratū. O cucullatus exit: Ixionisq; rotam Philocodus euasit. Cæterū quæ mulier est illa: mirū ni parasitus in sequiorē absconditus sexū: monacho nectere dolos parat: auscultabo: vt id intelligā. Co. Caue tibi. Fr. Quid est? Co. In nos illæc machina dirigitur. Fr. Securus esto: cupidinæ machinulæ deciduos muros demoliuntur: dediti ciosq; solū viros expugnāt. Co. Ergo mane. Fr. Men quæris Mulier: an meū hunc comitē? Mu. Te solū. Fr. Quis tu es? Mu. Vxorē nūmularii hac in vltima platea non stin habitātis? Fr. Tu ne? Mu. Sum ego infelix. Fr. Noui: cur tamen epitogio caput: lineoq; panniculo faciem velata ingredieris: fatin saluū vir? Mu. Bene valet. Fr. Qua te gratia inuoluis? quid circumspicis? aiceps est nemo sermoni. Mu. Hoc negocii clandestino vt agam, est mihi curæ. Fr. Quare te domi non continebas? & vt ad te venirē, mihi per seruulū nunciabas? Mu. Non ausa: eiusmodi res est: quam tuæ fidei

cōmittere paro: quod si te palā aduocasse: vir sentiens id quod est: daret mihi infortunium. Fr. Renuncia mihi quāprimū: ego te re, consilioq; hominis pro captu iuuabo. Mu. Sic spero: talis de te tuaq; doctrina fama personat. E media via discedamus: vt liberius, nullo arbitro, confabuler. Fr. Libet: tu frater Alfonse mane: incipe tu. Sed pauxillum: vt expeditius dicas: linteū laxa: nimis enim os tuum tenellū tanto ligamine lædis. Mu. Non licet: est mihi facies aliā quātum dēcora: & in hac vicinia spectata: multisq; ob id expetita: nisi supra modum operata, latere non possū. Fr. Non hæc vicinia solū: sed cuncta ciuitas, & regio tuam formam admirātur. Nostras etiam factas ædes eius fama interdum oppugnat. Mu. Non ego sū tāti. Sed audi, quid te velim. Fr. Eloquere. Mu. Annus est: quod viro nupsi. Fr. Quid ergo? mitte lachrimas. Mu. Neq; vir. Fr. Quid non vir? explica. Mu. Pudet. Fr. Age audacter: homo sum: & te religiosus: quicquid dixeris, cōticebo. Mu. Nuquā rem. Fr. Pone singultus: & fare tā

dem, quod te male habet. Mu. Vir non. Fr. Quid trepidas? rem non curat cōmunē vir? Mu. Vineta, aut latifundia, si quæ viri meus haberet: perdi? & pernox (vt est auaricia) iis impalleferet excolēdis: domi vero quod est: amoenissimū viridariū situ finit inexcultū exolescere. Fr. Id est solū: quod te miseram animi ex cruciat? Mu. Non res digna satis? Fr. Quin quod est penes te, operarios profcindēdum, tertianūq; etiā curas? istæ tibi cura incumbit. Mu. Ah mi pater: si id liceret: iādudum delecti se illi videres attriuisset: purpurataq; ex eo aliqua virguncula pullulasceret. Fr. Quis prohibet? Mu. Lex: pudor: ratio. Fr. At at. Mu. Tardus es. Fr. Fateor: huiusmodi enim culturæ insuetus, aberrabā. Verum nondū tecū rem habuit vir? Mu. Nullusdū. Fr. Parce tandē lachrimis mea domina. Mu. Nequeo: a quadā (ait) se strige eneruatum. Fr. Meræ sunt aīfamæ. tu id credis? Mu. Quid credā nescio. aiunt vicinæ: incantatrice anus esse: quæ suo quodā suffurramine contrahentiū impediūt cōplexum: virosq;

effœminant: esseq; santos viros: qui vteru-
los nostros excantât. Fr. Gerræ: quot an-
nos agis? Mu. Decem & octo. Fr. Appe-
tenda ætas: nec digna sane, genus in qua de-
fraudetur. Mu. Nullû mihi reor impedi-
mētum inesse: quominus mater fiam. Fr.
Deierarem ego persancte: sed elumbē ma-
ritû solocissimos facere pœnitēdos. Aciem
intendit quandocq; Mu. Molis obtusaq;
est: non proficit hilum. Fr. Ego tibi gen-
um tuum propiciabo. Mu. Sûmo tibi ab
æthere gratia compensabitur. Fr. Quan-
do te solam inueniam: ne tuus per maritû
profectus impediatur? Mu. Face prima:
siquidem agoranomus hoc anno semissis
ille me? homo factus: ad multam nô cœtem
tabernariis operâ dat. Patebit tunc dom?
tu sine vocali pulsatione intrato recta. vale.

SCHOLIA IN PRÆCE DENTEM SCAENAM.

(Prouinciâ) Regiones extra italiam a romanis
bello acquisitę prouincię dicebantur, quasi procul
viçę, ad quas gubernandas quia p̄fecti mitte-
bantur, factum est vt prouincia pro magistratu et

onere quocunq; quod magistratib; imponebatur,
capri frequenter soleat, et etiam pro munere et cura
qualicumq; privatorum. Delibutus voluptari-
bus) Delibutus proprie dicitur vincus: sed interdû
transferretur ad animum: Terentius delibutum gau-
dio dicit. Stomachum) indignationē et iracun-
diam. In sequiozem sexum) Sequioz sexus alter
est quam masculus, scilicet femine, namq; foemi-
nam hominem imperfectum dixerunt sapientes.
Illic machina) Sunt bellicę machine et bõbar-
de, quibus moenia hostium diruuntur: a quarum
similitudine mulierem appellat machinam, cuius
forma non solum expugnat viros quamlibet gra-
ues, sed interdum etiam monachos, theologos, et
contionatores prostermit. Aucepss est uero ser-
moni nullus in fidiatur verbis tuis tanquam au-
cepss aviculis. Nullo arbitro nullo teste et arbi-
tratoze. Frater Alfonso) nomē est comitis, nuno
quam soli monachi prodeunt ex coenobio. Ero-
lescere) evanescere, et obliuisci. Situ) disuetu-
dine et neglectu, metaphoziç loquitur, nam per
vocabula agricolationis modeste rem verecram
exprimit. Tardus) hebes et ingenio obtuso.
Strige) Snt striges aves nocturnę: a quarum si-
militudine foemine quedam striges et lamie dicitur,
que puellos fascinat, et eorum sanguinem su-
gunt. Assamie nuge et verba futilia meraq; mē-
dacia. Serre) nuge et ineptię. Sentus de frau-
detur) Illi genium defraudant, qui sibi ipsis vo-
luptates interdiciunt, et auocant animum a luxu.

erat enim Genius deus voluptatis, et ipsamet voluptas. Elumbem) debilem et effoeminatum. Soloecismos facere penitendos) alludit ad illud epigrammatarii, Sepe soloecismos mentula nostra facit. Aciem intendit, est gladii aciem intendere; minari, punctim velle ferire. Sed hic turpitudines rei vocabulis honestis tegit. Nilum) quicquam tantillum. Agozanomus) idem est Grecis quod latinis edilis, preest enim rebus vendendis, et ius habet ad moderanda precia cibarioꝝ: in Burgenſi regione vulgo fidelis dicitur.

FRATER FERNANDVS.
COMES.



AEcquæ me remorata est Mulier Frater Alfõse; canonici est cuiusdã soror; eius filio canonicus: quũ heri vitæ diffideret: canonicatũ renunciauit. Nulli compertũ est: ipsum ægrotare: quoniam si mulant hæredes abesse: vt si cessionis ante legitimũ tempus mors eum occupauerit: cadauer occultetur: quicq; sit illis comodũ; tanquã recens mortuũ, efferatur. Sed quia cauẽt a clericis (cum periculo enim lupus de perdita oue cõsulitur) ad me veniũt oratũ; prima eo ambulẽ facẽ: peccatorũ absolutu

rus ægrotum: ne, ludibrio cum sit corp⁹ habendum: anima plutoni cedat. Co. Impius esses; si tam pium laborem fugeres. Fr. Tu me igitur ad coenobii ianuam: ne sit per noctem pulsanda; manebis. Co. Prouinciam suscipio libens.

SCHOLIA IN SCAENAM
PRAECEDENTEM.

(Face prima) prima noctis hora, quum faces incendantur.

TRILVS. PARASITVS.
PHILOCONDVS. VAN
DALVS.



Parasite nequam, quãtis nunc consutis fallaciis aduersus miserandum illum monachũ vses: Vix risui quidem moderabar: os pallio obstrudẽdo, ha ha he, dissuar iam risu; ac dissoluar: quando licet: hi hi hi, papæ suis redit vestibus indutus. O magna hominis ad manticulandum versutia. Pa. Quidnã mirabundus trile murmurillas? Tr. Illius misereor: tuicq; miror: tam captiosis in verbis risum com

pressisse. Pa. Ego illum male versabo ma-
 itigem, ac exercebo. Plurimū tamē sumus
 in ludēdo cōtionatore immorati. Philocō-
 dū iam alloquamur: vt ex me Christiolum
 differi audiat, distrahicq; amore. Tr. Agen-
 dum ergo amhulemus cursim: exēterandū
 mihi etiam Philocondi marsupium est: aut
 venerēū vadimoniū deferendū. Pa. Decem
 aureos pete: vt septem, quos animi causa si-
 mul consumamus, nobis superlint: decem
 dabit, suis amoribus vsui fore, persuasus.
 Tr. Bene mones. Sed cur palliū ponis? Pa.
 Scies: heus amice seruabis mihi hoc palliū.
 Tr. Quid tibi vis? Pa. Nisi tua secus sentē-
 tia est: mane: Philocōdus prope adest. Tr.
 Maneo. Pa. Non ea solū, quæ fecim⁹ do-
 mino cōducibilia: verbis magnificabimus:
 sed ardua, quæ non fecimus: cum vitæ fe-
 cisse periculō ostentabimus. Tr. Placet sa-
 ne quidem. Vitæ modū vtiq; meæ sic insti-
 tui: vt domino: quē nactus essem: enixissi-
 me seruiendo: rei quærēdæ per fas: fortuna
 flante: vel reflante: per nefas consulerem.
 Optabili⁹ mihi est profecto: varios de me

ac dubios per populū sermones ferri: quod
 iugera magna possideam: quā quod algeat
 famæq; peream laudatiuos. Pa. Mecum
 sentis: haud plurib⁹ opus. zz. Salue Philo-
 conde. Ph. O mei fidelissimi consiliarii &
 veri amici, vidisti meā Venerē. Tri. Vidi-
 mus: allocutiq; sumus: teq; ipsa videre per-
 cepit. Ph. Ait verum? an vt pereā, falsum in-
 gerit gaudium? Tr. Verum: magna est hic
 primo acceptus gratia. Ph. Quid tum po-
 stea? Tr. Eloquere. Pa. Cum Christiola
 multa locutus, mentē affectūq; tuum: an-
 tequā in suspitionem venio, satis explano:
 multa de perditis sponsi moribus: quæ li-
 bens audiebat: prædico: tādē vero mater
 id coniectans, foras me ablegauit. Ph. In-
 fortunū mihi tenditur. Qualem erga me
 Christiolā habere animum: subodoratus
 es? Pa. Qualis decet eam: quæ magno tibi
 teneatur amore. Ph. Redamat me Chri-
 stiola? Pa. Planissime. Ph. Qui scis? Pa.
 Varii colores: quos ex meis verbis in mo-
 menta induebat: verum dabant signū affe-
 ctus: nil dubites. Ph. Quid igitur censes?

Pa. Si tu amatorix militix vere auctorator es: vicisti. Ph. Equidē in amoris contubernio vere facio stipendia: Nan morti subcūbam potius: quā a me Christiōlā abstrahi: nubereq; in vitā alteri, sinam. Pa. Attende igitur. Ph. Maxime. Pa. Trima est Christiōla desponsata. Ph. Sicest. Pa. Quūq; adoleuit: ad spōsū applicuit haud quaquā animum (scis tu) quem vidit nunquā. Ph. Scio: quidum? Pa. Si tibi nunc nuberet clandestine: tuq; cum ea limares caput: iure tibi adiudicaretur. Ph. Quā lōge id abest: cū n̄as mater intellexerit insidias: nosq; obferuet. Pa. Ad manū tibi est: eam inscēdere: audi. Ph. libenter quidem. Pa. Adulterinas Alilpi literas: craftino venturum solis occubitu significantes: mittam ad Sardalippam. Nam subscriptionē facile per exēplar adulterabo: cuius mihi, quocunq; mentito pretextu, senator regius quidam faciet copiam: qui quū Alilpo comertium habet literarum. Ph. Quid tum postea? Pa. Tu pro eo succidaneus tectū subibis. Ph. Ha ha he, Christiōlæ sponsum ego simulans:

et adhæream? Pa. Nil facilius. Ph. Comentū nempe callidū: si tibi est talis industria. Sed hoc mihi dilue: quis litteras feret? Pa. Puer est mihi gall? nostræ sciūs linguæ qui se: ne incautas offēdat: præmissū mentietur ab Alilpo. Ph. Euge euge placet cōsiliū: reliquū absolue. Pa. Præsidio tu te nebrarū abutens: multa venies nocte: recta te diuertisse causatus: & Sardalippæ os facile sublines: cristiōlam fraudis haud pænitēbit: ibi e re nata cætera consiliū capies. Ph. Ita ne censes tandē? Pa. Censeo. Ph. Abi igitur actutum, para: expedi, puerum mitte: quid tu trile consiliū probas? Tr. sane quidem: cæterū meo animo Christiōlæ nutricem: quæ dominæ semper assistit: a qua idcirco cauere: quū te maxime norit: difficile est: munere demereberis aliquo: ne te cognitum prodat. Ph. Quouis munere dignā existimo: quæ mihi tāta sit hac opitulatura re. Tr. Decem castellanos: pro indumentis quos expēdat: si fueris elargitus: minus incommode, cōtenderim, dispensatos: vt te et sentiat libertalē: & in tempore quod sciat:

nesciat. Pa. Magnū rei duxerim ad iumē-
tum: Christiolæ nutricem hoc tibi munere
deninxisse. Ph. Recte vos perperditis rem:
vt si venerit vsus: habeā apud eas, cui saltē
innuā. Vandale decem trilo dinumera au-
reos castellanos. Van. Assulatim detrun-
cabitur iste: quem merito cucullatus truncū
appellabat. Ph. Vandale quāprimū volo.
Van. Factū pu ra. Ph. Verū tu parasite vbi
pallium posuisti: vis habitudinē tui corpo-
ris omnibus innotescere? Pa. Sine percō-
tari hoc: aliud agamus. Ph. Chartulis ami-
fisti: an tesseris? Pa. Aberras. Ph. Dic igi-
tur tandem. Pa. Dicent alii: multis palam
est. Ph. Dicas oro. Pa. Minime. Ph. Ob-
secro. Pa. Nihil dicam. Ph. Ha ha meum
haud te vilitet rogamen. Pa. Audi quod
tantopere efflagitas: ne me deteriorē habe-
as rogatū. Ph. Attentissime. Pa. Vestibu-
lū Sardalippæ Tril⁹ & ego cōmodū xgressi
si metiebamur: & ecce quatuor machero-
phori grādi supercilio stomachosi, quid rei
nobis, rogant, apud probā nobilem q̄ ma-
tronā, Elīis ne vos (dixi) vrbis præfecti: qui

b⁹ vitæ viæq̄ rationem reddere teneamur?
Vix dixerā: quū strictis ensib⁹ omnes: sinī
strisq̄ vmbonibus: quos ex industria zo-
nis pendulos ad id gerebāt: armatis, irrunt
verbisetiā contumeliosi. Tunc nos tāquam
boni strenuicq̄ bellatores: sinistris palliis
circunductis: ensibus infestis cessim pun-
ctimq̄ vitam tueri contendimus: donec vi-
cinia tota contis, hastis, lignis, trabibus, lō-
guriis, verubus bellū diremit. Ph. Ingens
bellū narras: inuasores nostis? Pa. Procu-
rator peni ynust: alter a manu: a pedibus alii
duo: qui quū dominā maledictis me inces-
sentē: domoq̄ exturbantē audierunt: ope-
ræ precīū se facturos, existimarunt si nos in
humū prosternerent diffecatos. Ph. De-
tracta sunt tibi spolia: an sponte trassuge-
runt ad hostes? Pa. Hem ad hostes: con-
sulto nolui palliū adeo discissū: adeo dilō-
ricatū: tamq̄ disceptū mecū ferre: ne onus
incūberet, causam quærentib⁹, suggerēdi.
Ph. Tanta fuit antereuocationē dimicatio?
Pa. Maior prefecto: quam dici queat. Ph.
Sis age securus egendi: ostrato incedes hoc

pallio notatior. Pa. Munificentiam tuam æqui bonique facio: facti te non poenitebit: aut si secus: accepisse me min⁹. Sed vale: commodius ad ementiendas hoc oculi literas ac comodabitur. Hac tu nocte interim de agenda tui riuales persona meditare tecum: cominiscere: crastinoq; iubaris exortu arripe iter: & ad partem fluminis pisculentam proxime cliuū: a quo bullantib⁹ aquis fons vitreus diriuatur: me mata: tenes? Ph. Locum teneo: cætera. expedi. Pa. In tempore quā esculentis ibi poculentisq; adero: & te plenius edocebo: nunc vale. Ph. Feliciter ambula. Pa. Veni mecum trile: quando tua video manu aureos ventilari. Tr. Sequor.

SCHOLIA IN PRAE- DENTEM SCAENAM.

(Consultis fallacis) compositis & astu cōiunctis. Ad manticulandum) ad dolose quid agendum, quod maticulas attrahant fures, quum quid adonant surripere. Masticem) maledicum, et flagellum. Disserrī) discrucari. Distrabi) in diuersas et varias cogitationes et angores trahi. Exenterandum) aperiendum: exenterare nāq; in testina educere, extrahereq; est. quare marfupium

exenterandum decentissima translatione dicit. Vadimonium deserendum) Deserere aut differre vadimonium, hoc est sponsonem & actionem ad certum diem sistendi in iudicio, quantum esset piaculum et crimen, plinianum illud ex praefatione naturalis historię satis indicat. Inscriptiones propter quas vadimonium deserere possit. Usui, utilitati. ZZ. hęc litera pressis dentibus leuiter prolata indicere silentium vulgo solet: sed si vi maiori exprimitur, consuevit inter ceremonias templi esse vocantis. Auctoratus) alligatus obligatus, vt sūt milites auctorari sacramento militię: qui si mittantur et militari sacramento soluantur: exauctorati dicuntur. Facio stipendia) milito. Limares caput) contingeres, vetus verbum est, sed dignus quod reuocetur in vsum, applaudente materia. Incendere) inire. Adulterinas) falsas: ficticias, et alieno nomine scriptas. Protertu) leui causa. Succidaneus) qui locum in alterius quasi vicarij succedit, supponiturq; succidaneus dicitur a succedendo. Dilue) terge explicā. Multa nocte) quā multum noctis processerit. Recta) s. via. Scastellanis) genus est numismatis aurei in Hispania notissimi. Assularim) minutatim, sunt enim assule putamina & rescameta, quę per dolabram ex ligno excutiuntur. Ulitit rogamen) alludit ad illud Ciceronis: hoc animo q̄ sunt deteriores sunt rogati. Macherophori) ensiferi, est enim grecis machera gladius & ensis; Stomachosi) Stoma-

cho, hoc est ira et indignatione moti. *Orato*)
purpureo. *Equi boniq;* facio) bonam in parte
accipio, et bene mihi cessurum confido, *Manta*
mane et prestolare. *Esculentis*) Esculentum dici
tur quod ad edendum pertinet, sicuti poculentum
quod ad potum.

PARASITVS. TRILVS.



Vi vir sum Trile? fatin callide in-
duuias mihi parauit? nostraq; vir-
tutē apud herū cōmendauit? tibiq;
illum inescanti, opportune subue-
ni? *Tr.* Cōmoditatis scis omnes optime
articulos. Verū enim uero mi parasite cupi-
ditate nōnunquā eruginis exterminatus a-
mimi: tibi dum cōsulis; aliis si dicas male,
parū cogitas. Nā si tu minutatim laniatū
e praelio palliū subduxisti; integrū ego, ac
inuiolatū: quid aliud est quā strenuū te:
meq; umbraticū dicere: qui nec ictum dede-
rim, nec acceperim? *Pa.* fateor in te quidē
peccasse: nam dū indumenta anhelos narra-
di ordinē perueri. Quū mihi sit iterū agēs
dum duellū: te prima fronte locabo: tu pri-
mus incurfus hostiū excipies: victorixq; ti-
bi adorea scribetur, *Tr.* Purgasti te: fat ha-

beo. Nunc quando nox imminet: cuculla-
tum obseruem? *Pa.* Tu, qui vacas, obser-
uabis: post quibus te pignerasti amplexib;
temporius insinuaberis: vnde si Nutrix au-
rū olfecerit: eo tu, sanguineq; castratus redi-
bis, *Tr.* Vtinā verus sis vates: dū fragrantis-
um oppressiunculis papillarum, venereisq;
colluctationibus vacem: aurū nihil moror.
Verū quoniam partiti sumus prouincias:
suā quisq; insistat: ego fratrem obseruabo:
tu ficticiis cum literis puerum mittes.

SCHOLIA IN SCAENAM PRAECEDENTEM.

Induuias) ab induendo fit dicte induuic: sicut
ab eruendo eruic. *Inescanti*) *Verbaphora* ab
aucupibus sumpta: qui auibus capiendis effun-
dunt cibum. *Articulos*) opportunitates. *Erui-*
ginis) pecunie que ex ere fit. *Extermina-*
tus animi) alienus ab animo, et pene sine mente.
Umbraticum) ignanū. *Iuuenalis*: sed gen? igna-
num, quod recto gaudet et umbra. *Agendum*
duellum) referendum bellum et pugnam. *Ado-*
rea) laus vel gloria: putabatur enim olim splendi-
dum: farris copia, quod ador dicitur, abundare.
Pignerasti) mancipasti, obligasti, denouisti sive
pro pignore data: quam fallere non licet. *Tem-*

porius) tempestiue. Nihil moror) nihil curo.
 Suam quisq; insinat) ita Plautus, omnes itinera
 insinat) sua. et Virgilius, nulli fas casto sceleratum
 insistere limen.

ACTVS. iiii.

VANDALVS. CANTABER.

DE tertia fere vigilia: grassantibus
 per insomnia curis: Philocodus
 excussus; experiri ad hoc horæ nõ
 cessauit: quæ suarũ vestiu se ma-
 gis deceret. Exoticã postremo phœniceã cõ
 coloremq; cucullũ induit. Qui videat, puta
 bit peregrinũ. Quo eat nescio/ scio tamen
 amoris cruciabilitatibus agi / atq; differri.
 Qua propter quas vobis cõdignas trile ac
 parasite deuotiones imprece/ nõ discutio/
 ita hominẽ luditis/ ac iactatis/ vestrũq; vos
 peculiũ augendo/ laqueos illi tenditis. Ve-
 rum quid est/ quod Cãtaber huc ingrediẽs
 cachinat? aggrediar. Salue Cãtaber. Can.
 Optatis fruaris, faxit deus; ha ha he. Van.
 Quid rides? Can. Inaudita tibi est noctis
 huius cõturbella. Van. Nihil noui/ quod
 cachinabiles possit ris? excire. Can. Hi hi
 hi. Van. Remetire/ si quid lepiditatis ha-

bes: et molestiã: quam perniox contraxi: re
 concinnantes phrygiones obseruando, for
 te leuabis. Can. Fratrem Fernandum nos
 tin? Van. Cuius fratrem? Can. Generis
 humani: nomen est pietatis non sanguinis
 inter monachos. Van. Minoritã Fernan-
 dum ais Philocondi censore? Can. Eundẽ
 rem tenes. Van. Sicuti te. Can. Num
 mularium quem dicunt Vulcanũ? Van.
 Quid ni noueri? Sed egit quis Martẽ? Cã.
 Auritus es. Van. Libenter. Can. Cũ Da-
 cia mercenaria eius puella longus est mihi
 vsus. Van. Facie formosa quidem: quidũ?
 Can. Excõpacto primis facib? eam adiui:
 postq; ianuã præstolantem inueni. Van.
 Quid tũ postea? Can. Pænitudini iam iã
 indulgere parabã: & ecce quidã super talari
 veste palliat? pẽsili gradu irrepsit: nostrũq;
 luctamen diremit. Van. Mediussidius im-
 portune. Can. Nil in temporius. Ibi mea
 Dacia: quis tũ es: quem quæris? Accerse (ait
 ille) tuam dominã. Quid dominam accer-
 sam? san? ne es? qui meam in tenebris pro-
 dire dominã postules ppudiũ? Vel dicito

(inquit) medicamentariū adesse. Bene valet, medicamentis non indiget. Amabo (iterū ait) puella lapida: est profecto, quod ei con- ducat plurimū. It deniq; ne dñæ morareſ cōmoda: conuocatū: interim ego sub scalis latebam. Van. Perge tandē. Can. Descēdit mulier cū lychno ad medias fere scalas: & quis tu es (ait) ad tātū qui me tenebrarū vocas? Tui sū (inquit ille) irrigator viridarii atq; subactor. Cuius tu viridarii? sis foras mendax, blatero. Concede paululum mea lux ad scalarum angulū: & nomē, meamq; p̄fessionem edocta: cōgressū, colloquiūq; non refutabis. Non te pudet hominis flagiciū: ad secretiorē me locū seuocare? caput nuda, faciemq; ostende: si me proprius accedere vis: cōspectoq; cucullo euax clamat: agnitoq; monacho / quid tua quærit sancti- tas: me ne conuentam vis? Noscis me iam mea festiuitas prorsus: apprehēsaq; manu, osculari voluit. Me miserā: papæ, quæ te pa- ter intemperix tenēt? quid tibi vis? abstine manū. Vbi tua est illa grauitas: et censoria verba: quibus cū mitiores in pulpito tētas

affectus: omniū lachrimas elicit? Non tu (ille ait) expetis tuo: quo possis concipere: ventriculo medicamentū? Vellem (retulit) parturire: sed vir meus & ego disparili qui- dem, sed integra ætate sumus: non despe- randū de prole. Applicuit manū frater ad mamillas: et risu subiiciēs: ni te (inquit) me- a vita virgo bellatula prægnantē vir fecerit, parere qui potes? Stupes, aereamq; crucem plutoni obicis? audi audi: mel (aiunt) fun- dū tenet. Van. Miror: sed nil te interpello: perge. Can. Tunc illa: sanāne mentem pa- ter venerande retines? an personata in te fu- rataq; petulantia venerabat ante hac? Quid ni faciet? Quid? quia ni tecū habeat rem: in- tumescere vterū, naturæ repugnat. Propter quid non habeat pater? Sunt domina qui- dam natura enervati (experta es) qui cū mu- lieribus parū coire valentes: veneficia saga- rūq; præstigias causantur. Ego de me hoc ausim polliceri: prima te punctione & mu- lierē facere, & prægnatē. Vix dixerat, cū illa faciē auertit: abireq; voluit. Sed vecors animi monach? speiq; pron? insiluit: quo

is anime mi (inquiens) tētaffetq; scelus: ni
maritū ipsa sentiēs ianuz appropinquātē:
vim sibi patienti suppetias iri, clamauiſſet.
Quam vir audiens irruit trib' cū taberna-
riis: qui quoniam feſt' erat: domū eum re-
ducebant: & quod erat, cognito: per tegu-
las comprāheſum depalman't illi ſatellites
altrinecus: atq; altero tantū teſticulo reper-
to mutilū dimitunt. Van. Stūpeo quidē
doctū hominē, ac reuerendū tam male ha-
beri. Sed Philocondū ſatis ſcio/non p̄nisi-
tebit. Can. Enimvero credo: ab illa prodi-
tum ſœmina: nam ad medelam fuiſſe voca-
tum: aſtruebat. Van. Nil dubites: hunc
quippe verbi dei buccinatorē adhuc nulla
fama præſtrinxit. Sed viderit ipſe: nos in-
troeamus: ne ſi dominus reuenerit, noſtro
ſeruitio fraudetur. Can. Censeo.

SCHOLIA IN SCAENAM PRAECEDENTEM.

(De tertia vigilia) poſt mediam noctem: nam et
diſciplina caſtrenſi nox in quatuor vigiliis diuide-
batur: vt ternis horis vigiles intenti eſſent, certi
ſcilicet, mox alios ſucceſſuros. (Exoticam) p̄reſ-
grinam: ſemper Hiſpani gaudent indumentorum

formam et habitum ab externis nationibus in a-
liquor annos mutare, nunquā tamen viginti an-
nos perfeuerarunt in certo aliquo, quin recurrerēt
ad propriū. Quod eis euenire manifeſtū eſt ex bel-
lis cōtinuis, quę foris et procul a domo gerunt, ita
vt quilibet iam ſtudeat viros militares emulari,
quorum veſtes denunciant, vbi terrarum proxime
militarint. (Phœniceam) purpuream. (Lucul-
lum) Luculli caput ſolum et humeros tegebant,
neq; ſeruiebant niſi faciendo itineri: quos ab ex-
ternis acceperunt Hiſpani, ſed quā hęc fabula cō-
debat, rari iam admodum erant, nunc omnino
nulli ſunt, nam ſi qui eis vtuntur habentur inciu-
lioſes. (Deuotiones) execrationes ⁊ abominatio-
nes. (Remetire) recenſe, quaſi remetiens, quod
iam fueris emenſus. (Phrygiones) qui veſtes in-
texunt aureis filis, nam phryges eam artem inue-
nerunt. Sed egit quis Martem: cum numula-
rium appellauerit Lantaber Vulcanū, quod clau-
dus eſſet. querit Vadalus, an quis egerit Martē.
qui cum Venere vulcani coniuge deprehendus in
adulterio eſt. (Primis facib') prima noctis par-
te. (Pēnitudini) rei venere, quā pēnitentia co-
mes plerumq; ſolet ſequi. (Talarī veſte) ad talos
uſq; demiſſa. (Penſili gradu) ſuſpenſo et molli,
quali ſcilicet fures ſolent: cum domos compilant:
ſtertentibus dominis: vt. (Aediufidius) per
dei filium. i. Herculem. (Intempozius) in tempe-
ſtue. (Propudium) porro pudium, vel a quo pu-
dor et pudicia procul ſint. (Euar) interiectio eſt

admiracionis repentine. Intemperie) degerant vim nocendi habentes, et sequendi per intemperatiam. Mel fundum tenet) prouerbiū est vulgo celebratum in Hispania. Mulierem facere) virginitate priuare, nam que Mulier est virgo nō est, vt Cicronem respondisse ferunt obiurgantibus, quod sexagenarius) Popiliam virginem duxisset, cras Mulier, inquit, erit. Elecorz animi) insanus et sine mente. Spetq; pronus) in spem propensus. Tri suppetias) Hęc elocutionem vsurpant docti, vt per accusatiuū enuncient ferre suppetias, ire suppetias, ire suppetiarum, significantes auxiliari: atq; succurrere. Depalment) manu verberant. Altrinfecus) ex vtraq; parte. Atrues bar) affirmabat.

TRILVS. PARASITVS.



Eges regna regant: duces exercitus ductent: præsules præsulibus præsident: diuites diuitiis diffluent: dum mihi modo non inuideant: tantoq; boni, quo potior, hoc me non priuent. Quis me felicior? Quis ditior? Valeant, discedat, compitales, ac diobolares puellæ: quas mei ordinis homines sauiantur, discutunt: eas nihil moror: quis femora hesternō lotio pallefcunt: atq; tractatibus callent. Nimiū

lepidam, nimiūq; nitidam harpagauī spōsam: quam mihi iam præter mortē adimet nemo, cuius occultiora quam sint emussitata: vix q non viderit credit: qui viderit procul, intestatus peribit. Pa. Cum hominū in appetendo coitu rabiem animaduerto: omnipotentis rationē dei: diu mundus vt perennaret, & laudo simul & demiror: qui tam pellacissimam veneræ turpitudini voluptatem admiscuit: non iuuenū modo lasciuiam, sed etiam senū ac sapientū grauitatem delinientē. Nam Philocondus Christianolæ captus amore, qua nunc amētia, qua animi cæcitate, qua temeritate, præsentanei discriminis aleam subit? Qui si in comēto deprehenditur: manifestari mechi (vt nunc sunt in Hispania mores) pœnas obtruncatus, discerptus, ac dissecat) luet. Sed Trilum video? Trilus est: in sinu gaudet: aut cucullati lanienā vidit: aut tētum in amicam eliquauit. Huc ad me trile. Tr. O bone parasite salue. Pa. Quid sibi vult tua isthęc gesticularia læticia? amorabūdi gaudes intersecifionem cenobitæ? Tr. Quid ais? papæ: e

maſculatū fratré? Pa. Hanc tu provinciā ceperas. Tri. Minora maiora propter negotia deferuntur. Sed ain tu euiratū monachum? Pa. Aio: nec aliud vrbe sonat. Tr. Doleo quidē tanta fuiſſe notatū ignominia noſtrū concionatorē. Pa. Ego etiam conſcientia cōpunctus hunc doleo dolauif ſe dolum. Sed philoſophandū paucis: hoc mihi reſponde. Tri. Fabulare. Pa. Vnde modo erepſiſti: quem hæc tam vulgaria fuſgerint? Tr. Inter Helionoræ femina tota calui nocte: loc⁹ qui eſt phamæ intercluſus. Verū quū vacabit: felicitatē meam multis (vt par eſt) ruminabor. Nunc quid rerum Philocōdus agat: aueo audire. Pa. Primā noctis facem obſeruat: ad perſonam Alilpi ſecurius induendam. Tr. Deus illi nobiſq; bene vertat tantam audaciam. Pa. Audentibus fortuna parcit, & propiciatur. Cæterum domuitionem capeſſamus: vt dormiamus cænati, oportet punicante nos aurora Milionis ad domū adēſſe. Tri. Imo ſi frugi eſſe cupimus: pernoctare. Pa. Bene reſputas: ſequere.

SCHOLIA IN PRÆCEDENTEM SCAENAM

(Compitales puellę) quę per compita proſtrāt. Diobolares) quę duobus obolis, hoc eſt viliffima mercede cōducuntur. Quis pro quib⁹. Harpagi) corripui & velut harpagone traxi, & inuuit, cum ea coiſſe. Emuſſitata) ad amuſſim facta, hoc eſt abſolutiſſima. Qui viderit pcul) ſine vlla ſpe potiundi. Pellaciſſimam) Pellax eſt: qui inducit in fraudem. Preſentanei) diſcriminis aleam ſubit. i. ſubit ſortem diſcriminis præſeta nei. i. certi, et morſequuturi. In ſinu gaudet) intra ſe & ſine arbitris. Lanienam) laniationem, quod teſticulo priuat⁹ eſt. Aut tentum in amicam eliquauit) Tētum pro geuitali erecto poſuit: quod velut eliquatur, cum ſemen emittit. Domuitionem) reditum ad penates. Punicante) rubefcente.

SARDALIPPA. PVER.



Ac venturum nocte pollicētur literæ. Vbi præteriſti? Pu. Apud lucum: vrbi qui eſt proximus. Sa. Apud lucū ais? Pu. Certo certius. Sa. Chriſtiola filia pecte, laua, pinge, finge te quam primū: Alilpus iam iam aderit. Segmentata illa te veſti veſte: qua tu in diſceſſu parentis induſiata, plauſibiliter omnibus adlubefcebas:

textilique ex auro strophio papillarum tumo-
rem affabre castiga: cerusa, purpuri quoque uter-
re parce: ne illinimentis interpollata: man-
gonizataque suspicetur Alilpus. Niteant
gemmis articuli: monilibusque collum. Tu
Nutrix cuncta: quae sint ei ad iuadam de-
centia magis forma: porrige, ministra: quid
statis? Ite propere: atque venite. Abacum tu
Pollio para: sintque in eo vitrea, argenteaque
vasa terfa, atque polita: promus etiam, quod
sit foro venale: ferculorum omne genus ut
afferat, tibi sit curae: coene pollucibiliter o-
psonare cupio: meus quo sit ampliter, hila-
reque gener acceptus, Et quidem haec me sci-
tule subministrata coena, quales sint mihi
diribitores, admonebit. Heus Sirine peri-
petasmata illa belluata: quae maii tu mense
Metinx praestinasti: ad parietescameram du-
as habentis transfennas appende: ibi gene-
ro lectum sterni iubeo. Speculare tu Puer:
ut tui nos heri aduentus admoneas. Pu-
Faciam sedulo.

SCHOLIA IN PRAECE
DENTEM SCAENAM.

Segmentata segmentis. i. bracteolis, me adris:
et orbiculis aureis et holoseris interta concinna-
raque. Indusiata eleganter vestita. Ad tubes
cebas) omnino placebas. Strophio fascia pe-
troali: qua papillae cohibentur. Cerusa) illinime-
to, quo mulieres vtuntur ad dealbandam cutem:
fit ex plumbo et aceto. Purpurisso) a purpura
dicitur is color: ficticius, quo pictores, interdum et
mulieres vtuntur ad iuandam formam. Inter-
pollatam) immutatam. Mangonizatam) expo-
litam ornata. Abacum) mensam vasie escariis
et potu is continendis accomodatam. Psona)
qui praest prouidendis et cellario cibariis. Pso-
lucibiliter) splendide et laute. Ppsonare) emere
opsonium. Diribitores) ministri. Peripetasmata)
aulea simulachris hominum interdum et
belluarum interta: quae belluata rapetia) Plauto
vocantur. Praestinasti) emisti. Transfennas)
cancellos.

PHILOCONDVS. SARDA
LIPPA. PVER. CHRIS
TIOLA. NVTRIX. HELI
ONORA. GALVA.



Vis me in castris cupidinis re-
fugator: Quis, quum de con-
ferendis cominus signis agen-
dum est, spissior: metulosiorque
Veruntamen inde iam erum-

pit audacia: ignauia vnde prodierat: siquidē amor variis modis ludit: offert, differt, suadet, dissuadet, agit, retinet, eneruat, fortificat. Sedenim si me luna non fallit: semi conspicuam video Sardalippam: simulabo neminem nosse: Milionisq; domum errabundum quære. Sa. Ita ne Puer: quem conspicio, Alilpum ais? Pu. De tua tu domo non audis sollicitum? Sa. Nulla famulatione stipatus, graditur ad nos? Pu. Breui tam longa cōficere familiares itinera nequiuerunt: ego locorum linguæq; peritus: qui bis Diuum Iacobū salutauerim: vix sū eum cōsequutus: hodieq; ex veredario sum fact? pedes: quippe caball? ad ciuitatis portam: spiritum præ lassitudine non capiente meatu: animam exhalauit. Maluit Alilpus: incomitatū festinanter incedere: quā segnitè cateruarium. Sa. I tu igitur: domum ei quā properatim monstra: equus tibi obnuncium suppeditabitur a me. Pu. Nempe libētissime tua munificentia diues. Sa. Accēsas pueri faces obuiam ferte: quid moramini? Vestibulo est proxim?. Audi Chri

stiola: pleriq; homines opinione ducūtur: & quod semel his hæsit: raro aut nūquam eraditur. Si te modo inurbanam Alilpus: maleq; morigerā expertus fuerit: perpetuo oderit: ac detestabitur: minus inducens animum: fore se tibi charissimū. Chri. Tibi nō aduersari: mea mater conabor. Si lignū me iusseris aut lapidem venerari pro viro: recte mihi consultum arbitrabor. Sa. Facis vt te decet: quando meo dicto parens es. As surge: adest. Phi. Quā sponsā appello Si rice? Si. Apud matrem familias forma & ornatu quæ cæteris antecellit. Phi. Sardalippæ socrui Christiollæq; sponsæ salutē & felicitatem gener & sponsus imprecatur Alilpus. Sa. Saluum te nos aduenire gaudemus. Surge fili: quando more nos externo salutasti: nostratia isthæc manū oscula mitte: dignus tu: cuius nos manibus oscula dem?. Amplectere Christiola tuum lepidissimū ac dissauiare sponsum: facesat pudor: sponso cedere honorificum tibi: ac perpulchrū est. Phi. Felicissimum iam dicier me: & per beatum licet: cui tam exopta-

tum videre diem: amplexuq; tali frui: sup-
 plosis suppeditatisq; nugamentis: cōtigit.
 Sa. Nugas hauseras? Phi. Ad me sæpe fa-
 ma perduxerat: præstanti forma puellam
 mihi destinata: verum malignitate sua non
 nunquã percita: laudationis partem detru-
 cabat: verisq; falsa ferruminabat: vt quæ nũ
 quam in longinquos syncera ac pura per-
 ueniat. Sa. Quid (per vitã amborũ) de eius
 habitudine ferebatur? Phi. Missa faciam?
 isthæc. Sa. Amabo. Phi. Habitu filioq;
 virginali bellam ac pulchram, veruntamen
 cæliam omnes varicosamq; prædicabant:
 quum sit incredibile: quã habeat venustos
 radiantescq; ocellos. Sa. Ludis nos: qui ist-
 thæc impossibilia feras? Phi. Nihil per nos
 mē: incessu varices significari aiebãt. Chr.
 De te quoq; perperã apud nos fama fufur-
 rabat: quadraginta aut plus eo natũ annos:
 cum vix quintũ & vigesimũ agas. Sa. Si
 qua fuit apud te nugigerulis fides: non diu
 erit: quod nugiuendas eos: teq; oppido cre-
 dulum argues. Phi. Inuitus hercle audie-
 bã: necq; quibã credere: tam vno ore lauda-

te formæ celebriori parti mēdã inesse. Sa.
 Si tu vir es: hoc te, antequã somnũ capias,
 absolues. Nu. Viden Helionora: quam ve-
 nuste buccas illa sermocinatione Christio-
 la purpurissat? He. Video: & sinem ocu-
 latissima capto. Sa. Eia tandẽ filii: quan-
 do fercula sunt in mensa, illis vacate: osculis
 & amplexibus in suum tẽpus dilatis. Chri.
 Anime mi: gaudiũ & voluptas mea esita,
 bibe: longo quippe fessus itinere, tui neuti-
 quam corporis curationẽ negligere debes:
 mollibus his morsuunculis licentius yteris,
 cum soli simus: verecundia dirumpor: corã
 matre sic haberi ab te. Quod instat nũc po-
 tius exequere: conjugatorum sauiatio nun-
 quam occasione amittit. Phi. Sæpissime
 mea lux equidem audiui: magis id nutrire,
 quod saperet magis: mihi dulcius est quam
 te osculari nihil: ad bonam valetudinẽ, cor-
 porisq; nutritionẽ hoc plus omni dape
 prodesse conuicio: omnem fastidiens cibũ
 atq; potũ: tuæ tamen nunc morem geram
 voluntati: tuoq; parcatm pudori. Nu, iam
 inter amãtes lacta cessauit: & ambo, te sũ-

ptis uti viribus dimicent: tuburcinatur. Vidē vero Sardalippam mirantem, & vix vera videre putantem? He. Non mirari mirandum Sardalippam: sed quod nimio nō dispiat gaudio, stupendum: quū Christiolum: quæ Alilpū abhorrescebat: basiantī videat Alilpo promptis sauiolis adlubescere. Sed ecce mensæ remouentur: & dormitionem parāt. Phi. Tribus ferme non dormiui noctibus cursitando. Sa. Sequere Christiola: lectum mōstratura fesso. Nu. In cubiculum tandem seuocat Christiolā. He. Quo duxerit iam cunq; sequetur. Sa. Euoca huc Helionora Galuam: scire percipio: quo se habeat modo erga spōsū Christiola: an vere & ex animo: non mei fallendi gratia, me præsēte, acquieuerit. He. Eccecam. Sar. I Galua, & Alilpi Christiolaq; dicta, simul & facta: dum te modo nō sentiant, occultissime capta. Ga. Commode post aula latebo, Sa. cōmodissime.

SCHOLIA IN SCAENAM
PRAECEDENTEM.

In castris Cupidinis in tractandis amoribus. Quidius, habet sua castra Cupido. De conferendis signis) Conferre signa est contra ferre, et acie dimicare: nimirum conferuntur signa inter amantes cum oscula iungunt, et tandem coeunt. Spisios) tardios. Semiconspiciam) nō omnino integram: quales videri solent, quæ per fenestras videntur. Famulatione) famulorum grege. Ueredario) tabellario equestris: est enim ueredus equus velocissimus. Cateruarium) caterua constipatum. Imprecatur salutem) imprecatur bono animo: cum alias imprecari sit dira precari. Germinabat) conglutinabat: iungebatur) tēperabat. Silo) liniamentis et venustate faciei. Varicosā) a varicibus fit: quæ sunt venę obtruncæ et crurum deformitas. Tuburcinatur) raptim comedunt. Adlubescere) lubens accedere, et placere.

HELIONORA. NVTRIX.
SARDALIPPA.

 Vantum vidi Nutrix: tremulis gratulabunda oculis suppositicium Christiola spectabat Alilpū: sententiæq; persistit: quid tibi videtur? Nu. Philocondus ille. He. Vera vides: In portu navigamus, nostræq; ex sententiâ cedunt res. Nu. Qui scis? He. Trilulus dixit. Nu. Quid credis? He. Philocō

dum ducturū eam vxorem domum: meq̄
 Trilū. Nu. Quū filix fucū Milio factum
 rescuerit: quid futurū censes? He. Volun
 tatem pro necessitate mutabit. Clauatum
 namq̄ matrimonium: mutuisq̄ affectib⁹
 repercussū, sola morte dirimis. Nū. Vna
 te nocte Trilus iuris prudentē fecit: quid si
 per annū in ludo duraueris? He. Iuris con
 sultissima frequentabor. Nu. Vel potius
 iuris agilis cōcinnatrix & fucatrix. He. Par
 ce in verba. Nu. Ori digitū appone. He.
 Quid times? Nu. Respicit Sardalippa:
 imus ad eam. Sa. Generū probas Nutrix?
 Nu. Probādus utiq̄ ac redāmandus: nam
 quod ferebat̄ annosus: nugæ magnæ. Sa.
 Enimvero Nutrix eius elegātiā, comita
 tem, vrbānitātē, quantoq̄ cum spōsa tenea
 tur amore, mecū reputās: deo nostræq̄ so
 pitatrici me fateor debere quā plurimū: qui
 meis propiciati precaminibus: in sponsum
 animū vt intenderet. gnatā mentē tam in
 sperato dedere: frontis namq̄ rugis ad hoc
 horæ: supercilijq̄ contractione: cū nomina
 batur Alilp⁹: quid erga eum animi haberet:

maximo meo cruciatu promulgabat. Sed
 foras exit: vide vide: quā verecunda nostras
 deriuat interrogatiūculas, Vade Nutrix: si
 vult verecundantes suos oculos dimittere
 ad soporem: iam credo Alilpū somno se
 fessum dedisse. Galua, Galua, Galuā non
 video: Galua.

SCHOLIA IN PRAECE DENTEM SCAENAM.

(Fucum factum) Facere fucū est innectere frau
 dē, et decipere: fucus enim color ficticius est. Cla
 uatum namq̄ matrimonium) in quo carnalis: vt
 aiunt, copula interuenit: quod clauo coniungi vi
 detur, dirimi non potest, praesertim si mutuis affe
 ctibus percutiatur: clauus enim leuiter fixus facile
 conuellitur: sed si probe sit malleo repercutissus, ex
 trahi non potest. Iuris agilis concinnatrix et
 fucatrix) Focus est in dictione ambigua: nam ius
 praeter notam significationē etiam est liquor eozus
 quē coquantur: et ad semen humanum hic detoz
 quetur significatio, cuius esse quasi concinnatrices
 foeminae videntur. (Paree in verba) .i. nolicius
 modi verba loqui.

GALVA. SARDALIPPA.

A. S. L. O. L. S. Z



Am scio me a Sardalippa vocari: vt voluptarii conflictus clamoré, vulnera, euentumq; commemoré. Veru quid ego dicá? Nam per canes: quos se pres-

fatés passim intueor: edocta, puctim Christiolaré vteru appeti. non dubitauerim; quibus tamen verbis proferá: non satis disquiró. Referre: títula quæ sim ætate: nõ erubescá: quod despiceré me dispudebat ex latebra? Visa ergo cõtimebo: minime: ne quod demandatum est: oscitatione somnoq; victam, deseruisse; decimus me arguat mensis. Ire multum præstat: & simulans (vt sæpe) nõ audisse: vltimam ad hanc inferá me vocem. Adsum hera. Sa. Vbi tu eras: quæ me crebris cientem ad rauim vocibus non audieris? Ga. In postico domus solario: quo isthinc penetrabilis non est sonus: Christiolaré pathagiú desertu ibi vesperi per incuriam, cõplicabá. Sa. Ad me sis propius: accede focors. Ga. Satin prope? Sa. Satis. Datum tibi negociu meministi? Ga. Quáta quim solertia. Sa. Vbi latuisti? Ga. In

fenestra post peristroma. Sa. Cernebas eos? Ga. Vti te nunc. Sa. Quo tu modo? Ga. Erat in peripetasmate foramé: quo digitus poterat inferri paruulus: eo visu trans mittebam. Sa. Quid fabulabantur? Ga. summissa Christiolaré verba nulla meas aures contingebant. Adolescens ille (cereum lucéte puero, cellulæ se prius ingerere iusso) quantu eam deperiret: quos pro illa cruciatus, laboresq; subiisset: facundo lasciuoq; simul decantabat eloquio: tum mamillas, sauiis crebriter ingestis, manibus pressabat. Sa. Quid Christiolaré? Ga. Renidens, quu manu ille femoribus inferebat: paulisper hilare repugnabat: retractabat tamen, vt erat videre, victoriá. Quid agis? Sa. Præ gaudio lacrimæ præfiliuít. Ga. Audi reliquu, præludia sũt hæc: præ meos quæ postea læsere oculos. Sa. Est quod narres petulti? Ga. Inter coniugatos quæ fiunt licita, nullius sunt lasciuamenti nomenclaturæ obnoxia. Sa. Fac in narrando compedium: me du ne suspensá teneas. Ga. Mediam postremo accepit, lectoq; imposuit. Sa. Quid

tum postea? Ga. Ad umbilicū ab imis pedibus renudauit. Sa. Periclitari sorte sub arbitrio voluit luminis varices: quos peregrinus acceperat, quid tandem expertus, de musculis prædicabat? Ga. Succulēta, pingua, niueoq; candore albicantiā, deosculās atq; atrectans identidem femina iterabat. Sa. Nō in se velando erat anxia? Ga. Resupina leniter, & gaudibunda velitabatur. Sa. Ah salacis sūt, quæ memoras, irritamina caudæ. Ga. Euentus me docuit. Sa. Memora tandē. Ga. Postquā sic nudatā mēbratim satis dissiuiatus est: atq; palpatus: eam scādit: & ibi. Sa. Quid ibi? Ga. Constringentes se mutuo alter sputū alterius crebro anhelitu exugebant. Sa. At at, deuirginauit eā? Ga. Nescio quidē; quicquid erat volupe erat vtriq;. Sa. Nullum rebus agendīs modū Christiola imponet? Nec studere, neq; odisse pro tēpore nouerit ad mensurā? Infelix semper ego. Nō decuit per aliquot saltem dies obsistere, ne percita videretur virgine: primo succubuisse confictu? Verum quid me macero? sua ytatur ad

libentiam: non iam dissidiū metuam: neq; me āgor iste corrodet exedetue. Veniet Milio: & vt domū statū traducat, instigabim⁹. Dormitioni nūc vacabo: & eam in cubiculo: modo, vt par est, adhibito: obiurgabo.

SCHOLIA IN SCAENAM
PRAECEDENTEM.

(Voluptarij confictus) In prælijs clamor: præcedit, mor conseruntur manus, et vulnera insiguntur: postremo euentus hoc est victor: sa cōsequitur. Ita in hoc venereo confictu existimat Salua, tria hæc oportere referri: sed cum ipsa sit puella nōdum experta virum: a catellis: quos habent in delicijs primarię femine: quosq; passim videre est, ad oculum dominq; catellas cōpimentes, admonita: non dubitat: quin vterus Christiolę punctim feriretur: veretur tamen referre: ne supra gratem de re turpi coniectare videatur. Decimus mensis) Quū nullum sit certum tempus mulieribus pariendi: vt Plinius inquit: a septimo mense ad vndecimū, fretius tamē pariunt decimo mēse inchoato. Ad rauiū) ad raucitatem. Pathagium) chlamidem auream: vnde a Plauto foemina pathagiata dicitur. Peristromata & peripetasmata) anla sunt hoc est panni et vela picturata, et versicolori texture spectabilia. Homeclature) nuncupationi. Laude salacis) insguinis purietis libidinis. Virgine) pruritu.

PARASITVS. TRILVS.



Ta ne prædicas? Tr. Prædico.
 Pa. Philocondum Christiolaræ
 fecisse? Tr. Admodū. Pa. In
 sidiatā puellam? Tr. Sic. Pa.
 Qui scis? Tr. Scio. Pa. Dic
 tandem. Tr. Dicam. Pa. Vno verbo po-
 tes. Tr. De nocte multa, stertentibus pene
 cunctis, ab Helio nora per hortulū exceptus,
 & reliquum quod erat noctis ei agglutina-
 tus, placidum petiui per membra soporem.
 Quūq; dies aduentans, nostros dispartire
 suaderet amplexus: fugamq; facessere vellē:
 omnia, quæ tibi nunc ego, fraudis admoni-
 ta, cōmemorauit: & in cubiculum Philocō-
 di me vix exorata, per tenebras duxit: quē
 caueret, monui: ne luce cognitus, vitæ dis-
 pendium faceret. Protinus inde iussus equū
 cate subdixi, capistro momento deuoluto,
 ne quæstiunculis me obiicerem. Speculatu
 nunc redeo: si se foras egerit. Pa. Non im-
 merito suis te præfert omnibus Philocon-
 dus familiaribus: seq; tibi obnoxium fate-
 tur: quū eius tu res non vt conducticius fa-

mulus, sed tanquā frater germanus agas.
 Nec minus absente: quā præsentē: tui ma-
 nipulares consilii: si eius possis cōmoditati
 b' prospicere: cēturias. At tibi prospere ob-
 id eueniunt omnia: nec tam est optare faci-
 le: quā possidere. Tibi pecuniæ, vestes, non
 ad votum: sed vltra contingunt. Tu spon-
 potiris: quā formositate: filoq; nimis quā
 liberali sericatis multis præpono: mereris
 tamen omnia: q; sis frugi: graphicusq; mor-
 talis. Tr. In aurem vtramq; conuiescere
 feruientes: haud duxerim consulendū: quin
 manibus ac pedibus niti: ne tempus simul
 & operā perdant: Quippe accurate cōmo-
 deq; seruiētes: si sunt probi: atq; veraces: ra-
 ro videas locupletatos: quid murcidos ac
 vecordes, herilia somniculose persequentes
 imperia, cēsēs habituros? Pa. Probe sapis.
 Sed ecclū: Pbilocōdū vidi transuersū illhac
 callē prætereuntē: adeo tamen pallio inuo-
 lutum: vt sit cuius ignorabilis. Sequamur.
 Tr. Consequere tu: visā interim ego, si chla-
 midat' ille Stratioticus in Sardalippæ di-
 uertat hospitium.

SCHOLIA IN PRAECE
DENTEM SCAENAM.

Christioli fecisse) facere etiam de re obscena dicitur. Plautus. mauult ancille facere quam libere. Placidum petiui per membra sopore) Placidum soporem decenter Vergilium emulatus, appellat venerem coitum. Petiui) mihi conciliaui, et obtinui. Utque dispedium facere) hoc est vite periculum adire. Tui manipulares consilii centurias), i. tanquam centurio cogis manipulares, i. milites tui manipuli et contubernii. Nam metaphorice recte dicuntur nostri consilii manipulares, memoria, ratio, iudicium, voluntas: quod velut eiusdem manipuli milites conueniunt quasi centuriati, quum deliberare aliquid oportet. Silo) elegantia et pulchritudine. In aurem vtramque conuiescere) prouerbum est: quo significatur, aliquem animo esse securo ociosoque. Durcidos) desidiosos. Stratiotus) stratoris miles, lancearios nunc equestres stratorioricos vocant.

ACTVS QVINTVS.
SARDALIPPA. STRATIOTI
CVS. HELIONORA. GALVA.
NVTRIX.

Escoio quid Milio garriens his ogganit literis: vespertino cras secum ad nos crepusculo venturum Alil

pū: quasi vero non ipse praemiserit: eiq; sic nos deprehendedi, autor fuerit. Str. Haud quidem: fieri nec potuit, vt ipse me praereteret: qui equum propemodum exanimauit cursura. Sa. Vis tuis eum obiiciam oculis? Str. Mira tu miracula dares: si id posses. Sa. Helionora tantisper, Alilpo dicito: dum me per clatrum videt: cessent saua. He. Nullus est: & Christiola, minus hodie vidisset. Sa. Vide: quo vectus est: equum si a praesepio religauit. Nu. Nullus in equili stabulatur equus: id iam ego perquisiui. Str. Si Alilpū quaeris, operam ludis: cuiusmodi est corporationis: quem Alilpum dicis? Sa. Mediocris: flauos habet, affectatosque cincinnos, decoram succulenta gracilitate faciem, subnigram barbā, canorosatū vocem. Str. Perpulchre hominem pinxisti. Non minus iste tuus cauillator differt ab Alilpo, quam coruus ab aquila: omne siquidem capillitium Alilpus cephalē laborans, totum dit: barbā habet ruffam: & ab homicidio promissam. Sa. Perij, interij, occidi misera: si vera sunt quae audio: funditusque filiam

perdidi. Ga. Non hunc tu Philocondum nostin aulicum: cui filiam addixisti? Sa. Quem aulicum? agnoscis tu? Ga. Ultro citroq; semper video per callem cōmeantē: hisq; fenestris pendentem. Putaui utiq; cū illis arbitram me dedisti, Christiolarā mutato nomine subarrasse. Sa. Quid hoc Nutrix? Nu. Hunc etiam ego vidisse videor: hanc ante domū quotidie deambulantem, lasciuus ac petulantibus Christiolarā oculis contuentē: minus tamen, quū te mentitus gener alloquebatur, nosse satis quiu: tum quod alio modo indutus, peregrinum agebat: tum quod effectis senecta oculis credebam parum. Sa. Heu me miserā, heu me prorsus infelicissimā. Curre amice tu, curre, & Alilpū Milionemq; facias: antequam domū huc se recipiant: huius tanti dedecōris certiores: ut quid sit in rem nostro pudorū praeuideant ipsi: qui cōsilio valent: simul ego demussatæ contumeliæ Crimen a me deriuem. Str. Ibo quam celeriter potero: ne te differas: animūue despondeas: hac potuit Milio, quiuisq; doctus fraude innecti:

quanto tu foemina magis. Quisquis sit ille Philocondus, frustillatim dissecabitur: nō, quibus inimicatur, interimit solum Alilp?: sed cōminuit. Eo tamen, ne se ingerant improuisi. Sa. Deus tibi vitam feliciter: bene ambula.

SCHOLIA IN SCAENAM PRAECEDENTEM.

(Clatrum) clatros appellant ligna transfuersa, quib; muniuntur aditus et fenestæ, ferrei sunt apud nos. (Operā ludis) hoc est frustra laboras, et hoc efficere conaris. (Subarrasse) spōsam accepisse: ab arris interuenientibus. (Demussatæ) dissimulatæ: et cum silentio transmissæ. (Animum despondeas) Despōdere animum est, velle mori: & sua sponte vitæ statuere finem. (Frustillatim) per frustra, et minutatim. (Inimicatur) inimicitias denunciat, et ererect.

MILIO. ALILPVS. STRA TIOTICVS.

Non meā putes filiam quū tibi destinabā absenti: tuorum me stemma gentilium ignorasse. Bello quippe Granatēsi: quod per duodecim est ānos: sed nō dubia fortuna protractū: tuus mihi parens

vsq; comes, eidem mecū mensæ semper ac-
cubuit, idem nos ambos tentoriū a celi in-
iuria tutatum est. Quare quū est mihi filia
nata; statim vt tibi dicarē, expetiuit. Quod
libentissime quidē & audiui & feci: satis ha-
bens, in patre nouisse te, Ali. Quū prima
me pater in adolescentia (nunc recolo) in-
stituebat: crebrius meis auribus sonabat ni-
hil: quā quæ tu eodem bello gnauiter stre-
nueq; fecisti; nec minus de te: quā de Cido
historiæ narrāt: prædicabat. Itaq; gaudeo.
Sed mane: tuū cōspicio properantē Stra-
toticū? Mi. Eius admonet me chlamy-
dula: nil dubites, ipse est. Alil. Cernis quā
fermocinabundus incedit? Mi. Stemus,
mane: hinc quid memoret, excipiem?. Str.
O quanti sunt in fœminis recessus: quāta
consiliorū variatio: iam rabidæ supra mo-
dum amant, implacabiles iam inimicātur.
beati quos earum vir? effugit. Sardalippa
quæ tantopere generum expetisse ferebatur
Alilpum: qua nunc alternantis consilii leui-
tate, qua inconstantia, repudiato eo, nescio
quē alterum fraudis yelamēto palliata ma-

licia, filiæ obtrusit? Haud est par, quēquā
persuaderi, sine matris dissimulato saltem
assensu, tantā filiæ decipulā potuisse obten-
di. Quinetiam, si fraus intercessit, non sine
noxa Sardalippa erit, quæ minus in tēpo-
re cauit: velle simul ac nolle penitus infan-
tulæ, dum decuit, extinguendo. Omnes fe-
re matronæ dū filiarū elegantix pulchritu-
diniq; indulgent: dum ab omnibus volunt
filias expeti, laudari, proq; Venere adorari:
dum etiam cum adolescentibus confabula-
ri: multiingosq; sermones texere, patiūtur:
fomitē & incitabulū minus intelekti quan-
doq; amoris cādidas puellarum mentibus
enutriunt. Sunt multæ (fateor) atq; mul-
tesimæ: quas nullū sermonis cum viris cō-
mertiū, nulla licentia, nulla libertas a sta-
bili pudicitix throno deturbar: verum ne fi-
liabus eueniat, quod est monstro absimile:
passimq; fieri, per exempla monemur: ma-
tri pertimescendū, longeq; ante præcauen-
dum est. Mi. Laud plane dicta percipio:
tamen si, conceptis quibusdā verbis, Sarda-
lippæ hunc insultare cōiecto. Al. Non du-

bium est Sardalippá carpi: taxationis attamé prætextū non ego etiam capio satis: cōpellemus hominem. Mi. Sine, quādo propius accessit: ultra quæ prædicet, audiam?
 Str. Nam Christiola, quæ Alilpū viderat nūquā: si a iuvene est & amāte decepta: stūpenda res minus. Al. Maius (ni me fallit animus) apud penates laremq; propriū mihi est bellum gerendum: periculosiusq; alea iactanda: quā hoc apud hostes decennio toto. Mi. Non plane vides, hunc ebrium delirare? Al. Quāuis deliret, magnū iam mihi scrupulū iecit. Mi. Ne dixeris quæso: madescit quidē hic homo. Huc ad me Stratitice. Str. Quē audio? hem opportune, vos ambos conuentos volo. Mi. quæ tu deliramenta nunc effutiebās? qno fringutis ens pperabas? Str. Magnas domi turbas offendi. Mi. Quas turbas? Str. Tua filia & vxor ludibrio habitæ. Al. Obturabo aures: ne quem prælagit animus, iis sermonem sublegā. Mi. Quid narras? rem actutum commemora. Str. Philocōdus quidam ex regis purpuratis tuæ illisit domui.

Mi. Filiam insultauit? Str. Noctu venit Alilpum simulans: & a Sardalippa magna acceptus gratia, cum Christiola tandē sponsum egit. Al. Pro magne deus: tanta me infelicitas in Hispania manebat? Hoc mihi strenuitas, & bellandi cōtinuus apud exterarum gentes vsus contulit: vt acie qui sæpe confligerim, singulariq; fuerim bis certamine victor: nunc deniq; postliminio a malaco sim apud meos iuvene, probro & ignominia notatus? Non diu de me (christū testor) triumphasse calamistratus iste gloriatur egystus. Si mihi descendere cū eo fas per regem non fuerit in certamen: domi, vel intra cubiculū eius latus cōfodiam. Mi. Alilpum Christiola rata, Philocondo acquieuit? Str. Ita prædicat: & verū est. Mi. Miserū me: quantum mihi dedecoris longa dies attulit: quā infauste ad seniū ludificandus perueni. Defectæ sunt mihi vires: cæterum vtar animo: & cū iuvene decertās pene decrepitis, funerādo meo nomini parentabo. Al. Te non opus est, me saluo, adolefcēturire, Si decertare licuerit: ad Pro

serpinā primo impete relegabo. Festinatis in regiam gressibus nunc ambulemus: reliquias ibi stomachi cōmodius daturi. Mi. Placet, vir es. Verū tu cui? imperio reuenis ad nos cursitando? Str. Sardalippæ: vt an tequam vos domū recipiatis: huius admōniti plagæ: vobis illisq; quod sit vsui, consulatis. Al. Hoc mihi consiliū sedet: cum dignitate potius cadere, quā cum ignominia viuere, magis virum decere, supplodendum præsertim passim, porrectisq; digitis denotandū. Mi. Recta igitur ad regem: mea tibi nūquā opera quouis modo deerit: post vero diuertam ad meos: vt rem penitus exquiram.

SCHOLIA IN PRÆCEDENTEM SCAENAM

CStemma) seriem et gradus cognationū. Decipulam) fraudem et dolum, est enim decipula siue decipulum instrumentum ad decipiendas aues, & feras. Alea) belli fortuna. Madescit) ebrius est: nam madere ebrium esse: et madidum temulentum, Tibullus est testis, qui sic inquit: Nō festa luce madere est pudor. Effutiebās) inepte loquebaris. Fringutiens) subtiliter adgariens: sicuti

temulenti solent. Sublegam) Hauriam, surripiam. Insultauit) traduxit, illudit. Alalaco) molli: & effeminato, græca dicitio est, et mollem atq; delicatum significat. Postliminio) Redire postliminio dicebatur, qui capti ab hostibus: ad patriam tādē remeabant, itaq; postliminij vocabulo reuersio significatur, idē enim est quod post: quum liminium additamentum sit, nihil significans. Calamistratus) Egyp̄t) alludit ad fabulā Egyp̄t. Calamistrū est acus maior, quæ calefacta in cinere capillos torquet et ornat, vnde calamistrati. Parentabo) sacrificabo: est parentare, defunctis parentibus iusta celebrare: et ad sepulchrum sacra facere. Adolescentem) agere. Ad Proserpinam) ad inferos: vbi Proserpina regnat. Stomachi) irē. Forēt vsui) vtilitati.

SARDALIPPA. CHRISTIOLA.



Os intro abite, propter me Christiola assiste. Chr. Iurgium molitur. Sa. Non ibis inficias: hanc technam atq; fallaciam tuo in me consilio arbitratuq; fuisse intentam: si sceleratum illum tecum locutum in templo, me comperisse, memineris. Quod tuam in rem putans: ne nitereris in vetitum: esse me tibi morigerā:

æquo, quoadeius potui, animo tuli. Verū per deum sanctosq; angelos, perq; meum, tuicq; patris senium oro: qua mente: quoue cōsilio id egeris, edifferas. Neq; mihi: quæ te animitus oculitusq; amo: quicquam abnuas: siquidem me tibi nimium sēper indulisise: periculoq; capitis nunc infamiq; tanta consulturam optime, defuturāq; scis nūquā. Chr. Non tibi mea mater et propter amorem plusquam maternū, quo me vsq; profecuta es, ac propter indulgentiam singularem debere plurimum diffitebor: crucior tamē misera: ac dirūpor: quod de me perperam nequiterq; fecisse, suspiceris: quæ tuos paruula imbibimores: adultaq; semper subsecuta sum. Nam si me palliatus est ille delubri ad transennam alloquitur: quid ego aliud potui: ni silentio & taciturnitate sermonem eius aspernariet? Ac si tu me modo coactam & obluantem in eius detrusisti lectū: obediens vt essem viro iterum cōmonefaciens iterumq; quid meū nisi nolle fuit? Tu me vt illi parerē, subegisti: ille tuam censionem interminatus, me

diu reluctāte est abusus impudice. Nec mihi (vt tibi scias oculi nihil) integrū est eligere: meum illi amorē astrinxī, perpetuisq; pedicis alligauī, qui te pnūba, pudicitia minuit. Cui me etiam profus intra cameram canonicis verbis sponsā consecraui. Sa. Quid audio Christiola? cur me non eneco? Quipote mea viscera non disploduntur? Quid dicet Alilpus? Quid faciet? Quanto te prætextu in ius vocabit? Quanta tibi causa adulterii dicam scribere? Chr. Si mihi dicam scripserit: tibi subscribet: tu videris. Du ceturne probro mihi: si quem maritum dixisti: illi me totam permisisti, ignotū omnino mihi: deq; tua solum cōmendatione dilectum? Sa. Equidem profecto tibi: quæ data opera peccasti: nam ego insipientia sordiciaq; sum misera prolapsa. Chr. Si sciens mater peccauī: vt tibi fedet: inconstantiæ tam infamæ tu mihi aūtor? Tāetsi per vitam patris iuro: quæ loga vt fiet: exoptare me, maxime par est: de hac sycophantia verbum nunquā Philocondum fecisse, ad id vsq; temporis & loci: quo magis erat a

mandus:quam prodendus:præstabiliusq;
mihi ac decentius cōticescere quam clamita
re. Sa. Iam iam sat est:periisti filia:Amas:
teq; amor occæcauit: ne quid sit in rem vi
deas:apage fisa me,apage.

SCHOLIA IN SCAENAM PRÆCEDENTEM.

Propter me iurta me:ita Lucretius,propter a
que riuum, & Vergilius,propter aquam. Ibis
inficias)negabis. Techuam)artem et fallaciã.
Animitus oculitusq; ita latine dicimus:quum vo
lumus significare:aliquem tam carum esse quam
animam,et oculos. Palliatus) palliis inuolu
tas. Transennam) cancellum. Censioem)
castigationem:et animaduersionem. Pedicis)
vinculis. Canonis verbis) quibus scilicet ma
trimonium firmiter contrahitur: et alligatur.
Disploduntur) rumpuntur. Adulterij dicam scri
ber) hoc est licem intendet:ita Terentius: & vnquã
iniuriarum audisti mihi scriptam dicam. Et tibi
seder) vt signum et decretum tibi est. Sycophan
tia) fraude & dolo. Apage) verbũ græcũ est: quod
abduco et abigo significat, apage scilicet te, sis, i,
si vis, hoc est procul esto tandem a me.

TRILVS. PHILOCONDVS.



Milionis hortulo: vbi clam sũ
ab Helionora de reuelato iam
obtenticulo doctus: domum
exanimatũ propemodum me
capeſſebam:quũ Philocondũ
video, celerato in regiam veſtigio gradien
tem. Quem ſubſecutus, cum eo ſimul intro
me dedo. Milionem ibi Alilpumq; conſpi
cor, inuſtã ſibi notã dedecus deprecantes.
A rege præſertim contendebat Alilpus:lice
ret ſibi per eum: ſingulari cum Philocõdo
certamine contendere: vt iudice bello: con
tra ius et fas, nobilitatiſq; decorum pepe
ram flagicio ſeq; feciſſe, cuctis innoteſceret.
Quod accipiens Philocondus: ira ſuccen
ſus, idem adorabat acerrime. Rex tertium
ab hoc diem præſtituit ad duellũ. Cæterũ
nea turba: quæ frequentiffima conſluebat:
elideret: huc vſq; foras prodii: Philocon
dum in hac præſtolaturus platea. O ipſum
conſpico venientem: ecquid caput caſſans,
fabulatur? Phi. Stipendioſus ille putauit
miles: ſuis magnificis glorioſiſq; verbis ti
morem mihi; quominus cum eo cõſligere

auderē: incutere? Sentiet qui vir siem: quātūm q̄ verbis facta plane præsēt. Tr. Sanguinolentum habet oculum. Phi. Etenim summo sum gaudio affectus: occasionem dari: quanta æstuauerim flamma, insinuādi. Tunc Christiolæ meritis nuptias nempe videbor: quā vita nauci nō erit: illi dum placeam, atq; coniungar. Tr. Vir est meus herus: sane placet. Ph. Te facte Iacobe domi mihi forisq; semper patrone: te inquam appello: te oro: te deprecor: vt simihi quam Alilpo iustius Christiola debetur, et nubet, faueas, ad sis: sin secus: me perdas, & in acheronta detrudas. Tri. Placet et illud. Phi. Nam si sum ab ea discutiendus: morti melibens deuoueo: morti me dedo. O magne deus: si mihi victoria cesserit: quanti me Christiola faciet, quāt' ero tali præda. Nō quidem illam minoris pēdam: quam Alexander macedo orbem. Tr. Nihil Hector supra. Ph. Quid fringutio? alios ille psuasus esse mundos, mærebat: mihi nec forma vllas nec honestitudine fuisse Christiolæ, aut esse pares: astrui poterit ad credendum.

Oh Trilum video. Heus Trile. Tr. Omnia quæ tu mi here, & Alilp' estis apud regem altercati: quantum per cōfertissimos ingerentium sese hominum cuneos licuit: sū arbiter arbitrat'. Et quod dies ad Christiolum alterutri vendicandam, est præstitutus. Quibus tamen armis aueo paucis doceri abs te. Ph. Longis in hastis (vt verba conferam ad cōpendium) cataphratti equites alter in alterum cōcurremus. Nam hæc dimicatio mihi: cui armorū optio data est: nobilium magis virorum esse videtur. Tr. Animosè quidem: cæterum est agilitate opus: vt hoc sint triduo ad manum omnia. Ph. Sane sapias. I præ: & Vādalo curet dicit: fulgeant vt arma, nitescant. Equisitioni, mulotribisq; imperato: equos vt radant: frient, expoliant, nitidosq; reddant: quantumq; mea intersit: ne quid, quod sit ad arma induenda vsui, desit, omnibus insinuat. Hac ego ibo: si forte Christiolum contueri fors dabit. Vires accrescent: si compati sensero. Tr. Censeo quidem: si te domū quam primum recipias. Ph. Sic faciā. Tr.

Oportet: si bene tibi consultum vis, Ph.
Ab eo: tuam tu cape viam.

SCHOLIA IN SCAENAM PRAECEDENTEM.

(Obtendiculo) velamento et fraude. Inultu
note) ignominie, quae tanquam ferro candenti vi
detur iniuri. Deprecantes) precibus depellere
conantes. Contendebat) in petrare suplici pre
ce curabat. Adorabat) orabat: et eandem causam
agebat, adorare enim, agere passis erat. Stipe
diosus) qui multa fecerat stipendia, hoc est diu mi
litauerat stipendio. Sanguinolentum) habet os
culum) Vulgare proverbum est in Hispania: quo
significatur vir audax: et qui non negligit suas ini
urias. Vita nauci) non erit) Nauci membranula
est in medio nucis: vel olea, aut ipsum putamen nu
cis, accipiturque pro nibil, et re nullius momenti.
Acheronta) voraginem infernam. Fringutio)
inaniter loquor. Ille) Alexander. Persuasus
esse multos) Andies Alexander magnus philoso
phum epicureum disserentem de mundo: et asseren
tem multos esse mundos: ita exclamavit moestus,
Miserum me: qui nondum vnus sum factus domi
nus. Astrui) confirmari. Arbitr) inspector,
et spectator: est arbitrari spectare et videre. Ad
cõpendium) in breuem suam. Cataphrati)
vndique ferro muniti: quales hodie videmus nobi
lium cohortes.

PARASITVS. SOLVS.



Voniam meam procedere ca
ptione: maxime cupio: prorsum
hodie rursus, dextrorsum, ac
leuorsum pene interis cursitan
do. Nullo namque meo ingesto
eibo ventri, neque potu: ad Milionem de ma
ne cucurri, congratulatum blandicus de
aduentu: simul et intestina iurgia perferu
tatum. Discedo tamen inde famelicus: etsi
doctus: laetis solum temporibus palpum
nostrum subseruire. In Alipi protinus sta
bulum aduolo: magnus ibi armorum stre
pitus, clamitant omnes, minitantur, fero
ciunt: immedicabiles sectiones, magnas pla
gas, exorbitationemque sanguinis verbis nihilominus
magnis in crastinum ominantur.
Aufugio tremebundus inde, ac marcidus:
fame iam inualecente: Philocondumque re
uiso. Sed conuetum nolui. Solliciti namque
omnes apud illum, ac negociosi: fortunamque
de alea subincerti. Subsisto, quum id cerno,
ad ianuam: & sic mecum cogitandum. Quis
me in has Syrtis impegit: Cur me de Philo

condi successu tantopere ex crucio? Parafitus sum: felices sequor: epistyliorum vexillis sum similis: fortunæ quicunq; fiat me versat. Quisquis vicerit palpandus, delinendus, demulcendus mihi est. Ille mihi vere dominus: argentei nummi qui fecerit dominum. Locum in foro cras deligam ad spectandum: & quū de victoria constabit: victorem subsequens, clamitabo: eius laudes decantabo: virtutem prædicabo: ac plenis faucibus replicabo. Satis illic recte cōputavi: sententia illa persistam. Abeo, in edixæ consulturus: ac cætera profus captaturus.

SCHOLIA IN PRAECE DENTEM SCAENAM.

C Proximum rursus in omnem locum: retro, ante. Palpium nostrum adulationem blandimentum. Strabulum hospitium diversorium. De alea successione et euentu. In has syrtis in has curas et anxietates methaphorice: sunt enim Syrtis loca circa fines aphyricæ periculosa: alicubi profunda alicubi vadosa. Epistyliorum vexillis. Sunt epistylia cacumina turrium: in quibus defiguntur vexilla, quæ ventos denunciant: ac commonstrant: quoniam ad statum quæcunq; vertuntur.

CHRISTIOLA. NVTRIX.



Er hosce tres pater continuos dies non cessauit, minis ac terroribus: tum etiam quum hac parum procederet, quod volebat: pollicitationibus & blanditiis peruertere me conari: vim vti fassa, Philocondo detraherem: Alilpium vero cupitum mihi gemitu prædicarem, proclamare q; planctu. Pernegavi tamen, si non verbis, ne paternæ propalam refragando sua delæ pietatem exuerem: nutu quidem atq; renutu quatum quiui. Nu. Fecisti probe: vt tali genere prognatam decet. Siquidem vnus in fidem tuos committere complexu decreuisti. Hæc virtus Lucretiam & Penelopem æternauit: hæc tibi constans fueris, beatam & perennem reddet. Chr. Haud stimulis opus. Sat mihi conscia sum: Philocondo nisi internectione nullatenus me posse diuelli. Nam si quid (quod deus auertat) præter spem votumq; Philocondo accidit: quo simus forsitan seiungendi: quoniam niam non certisso, si sim vt Portia igitos

habitura carbones: præsentaneum mihi cõ
parauit venenum: a vita quo me abiudicem.
Sin autem meus me sibi victor vendicaue-
rit Cupido: tantæ impar erit fidei hostimẽ
tum datum: verũ quod expetiuit ille: mea
certe sine exẽplo felicitas redundabit. Nu.
Consilium probo. Sint procul a me: quæ
diuitiis non viris elocantur. Optabilius mi-
hi esset (animam meam iuro) dote cassam
illocabilemque domi sedere: quam Genium
nubendo defraudare. Deuiam tamen inte-
rimendi te, pelle cogitationem: qua nimitũ
dei benignitas pronitatur: q̄ sibi ipsis mor-
tem inferũt, in Stygẽ relegantur perpetuo
inibi torquendi. Chr. Non sum nescia:
quanti me infelicem, inuitoque Genio natã,
crutiatus maneant: verum ardor et ira præ-
cipitẽ agunt. Non imperat ratio, sed amor:
hunc sequi, huic obedire cõpellor: cui, quic-
quid in me aufero, imputãdum. Nu. No-
li (per numinis reuerentiam) Philocondi
virtuti diffidere: faxit deus, quod triũphãs
victor hanc tanquam capitolium domum
intrabit: teque vt Ionẽ venerabitur: opimaque

tibi spolia feret. Silentium iubeo. Clangor
est ille tubarũ. Vere audio: pomeridiana hu-
ius diei hora secunda tui amantium certa
mini dicta est. Chr. Miserã me, quid ego
audio? Virgo Maria dei genitrix ad sis, faue
as, præstosque sis Philocondo: ac suppetias
des: cereũ tuo tẽplo promitto, voueo. Aut
si tibi est aliter visũ: me prius fulmine icias:
intraque Tartara condas. Nu. Parce quæso
lachrimis. Siccine istam: qua nimitũ eluces:
faciem lugubriter eiulando, immutabis, ac
foedabis? Chr. Heu heu Nutrix, extremũ
forte quod alloquor: audi. Nu. Malum
omẽ faceffat: horrendum ne dixeris verbũ.
Chr. Vicariam tu mihi nauãs operam, pa-
rentes supplicato: cui viuenti ad usque pœni-
tentiam plus satis indulserũt: funerals de-
functæ hæc sola persoluãt: Philocodi Chri-
stiolam hic tumulus occultit: inscribentes
sarcophago. Quod si ipetro: viuere nil mo-
ror. Nu. Infans Christiola? Ethnicum est
quod audes. Non animaduertis: quos sis
perpessura tortores: si te occideris? Ch. Vi-
deo: sciensque pereo: nec aliud mihi impera-

re valeo. Vitam vitam, quando corpus ne-
queo, Philocondo furés impendam. Qué
video: Tene tene; mors me occupat. Nu.
Ne deficias filia. Quisquis ille, gaudio de-
libutus gressum plausibiliter accelerat. Pro-
culdubio Parasitus est Coca. Chr. Verú?
Nu. Admodú. Erige caput: quid ferat au-
sculteremus. Ch. Haud queo: enitar tamen.
Nu. Vtere me scipione.

SCHOLIA IN PRAECE DENTEM SCAENAM.

Autu atq; renutu suffragatione: ac refragatione:
que tacita significatione fit. (Bon certisso) non
sum certa. Et portia Latonis vricésis filia, que
Bruti mariti nunciata morte, ignitos carbones,
omni reliqua destituta materia: hausit: z vitam si-
nuit. Presentaneum) quod statim necat. Ab
iudicem auferam et remoueam. Hostinétum)
beneficij cōpensationem: vel equamentum. *Se-
nium de fraudare*) interrumpere voluptatem.
Opima) Sunt spolia opima, ampla z magnifica:
que dur ducti derraxit in acie. *Scipione*) baculo.
Inde enim in gēte cornelia scipionum cognomey
adhesit, quod Cornelius vicem baculi: qui dicitur
Scipio; impleuit in regendo patre luminibus ca-
rente,

PARASITVS. NVTRIX. CHRISTIOLA. SARDA LIPPA. HELIONORA.



Edite, discedite, secedite, faceffi-
tecūcti. Nemo se mihi obuiam
det pperāti: ni que vitæ tædet:
pænitetq;. Si que humero, cu-
bitoue tetigero: distractū in lutū impingā.
Abite, fugite ociosi non pili homines: qui
nullo estis alio rei publicæ profectui, quam
quod festinantibus, seriacq; agētibus intem-
pestiui tricas obicitis. Qui secesserit: expe-
ditāq; mihi viam fecerit: apud superos ho-
die cœnabit: qui mediā mihi obstiterit ad
viam: acherontinus protinus erit. Hæredi-
petæ plaudite: meq; in hæreditatis partem
admittite: qui parcarum iam iam, vt cōfer-
tos video senes, ante diem stamina rūpam,
lōgisq; vos spebus absolquam. Nu. Gestis-
ensille minitatur: hæredipetisq; blanditur:
quid ferat Christiola diuinus? Ch. Mini-
me gentium nutrix: sed in impedimenta
ferocit. Nu. Conde lachrimas: ne animi

deliquium sentiat mater: suspenso quæ ad nos gradu velut captabūda ingreditur. Cōpone crines. Pa. Saluete, gaudete, bonæ felicisque viragines: munera si magna datis: audietis magna, honori vobis ac vsui plane futura. Sa. Fare age: nostro relinque arbitramento compensationem. Pa. Quæ mea, meo sunt arbitratu distrahenda. Sa. Gratia tibi iuxta meritum & habebitur: & reddetur forsan: fare. Pa. Non ea mea est captatio: fidem vt forsitan tibus adhibeam vllam: ficiue faciam, quod in Crastinū destinatur: rebus est mecum agendum: nam verba titiuitio empstantur in foro. Sa. Age age: ne dixeris gratuito: supellectili te aliqua donabo, quā vxori prætendas. Pa. Aurum est (vt aiunt) quod auro vendi potest: quid tu Christiola? Ch. Haud mecum paciscaris. Si quod auguror, & cupio nunciaueris: fame sitiue ne labores: tibi consul in futurum. Pa. O magnam atq; magnificam sceminæ largitionem. Tuam etiā est in rem Helionora. He. Posse vincam: vt tibi sim grata. Pa. Pollicitis onustus:

quod mei non est alias instituti: lætissimā vobis rem nūcio. Sa. Pelle morulas. Pa. Christiolum Philocondus ducet vxorem; sororemq; Philocondi Damianā Alilpus. Sa. Vter vtri cessit mi facetissime Parasite? Pa. Non sunt ad interuentionem conflictati: nam regina reuocandos curauit. Rem tamen omnem: vt promissis causatius steteris: summam percurram. Sa. Ocyssime mi homo: non littus arabis. Pa. Nil me interpelletis igitur: ne moram faciam. Sa. Maxime: continentem tuam orationem audimus. Pa. In area medio foro nō minimo complanata, ligneoq; muro septa, tubæ signum alteri alter infestus, semel atq; iterum iam audierant derelicti: quū silentibus cūctis: anhelitumq; continentibus: regi prius ad aurē immurmurans regina, tertium clangorem contra vulgi studium vetuit: ac subinde eos defferri per præfectos ad se iussit: cum quibus ante regem hoc modo capit agere. Durum nimirum ac inhumanum videtur: tali vos genere natos (vtriusq; nāq; maiorū stemma ad regium vsq; genus pro-

pagatur) nobis ad mortem contendere spectatibus: præsertim de re, quæ potest facile componi. Nam Philocondus germanam habet sororem, summo mihi cum decore, curaque ministrantem, Christiola omnibus doctibus non inferiorem: quam ducet Alilpus apte. Nempe mihi fuisse ancillatâ: dos erit altera non posthabenda: Philocondum habeat Christiola: quem fors iuræq; dat. Annuit Philocondus: nec minus Alilpus: accersitaq; post mutuos amplexus Damiana: sponsalia cum Alilpo paciscitur. Iamq; ad erit purpurata cohors: ut tertio Christiola requisita: velle se Philocodo associari: pro palam prædicet: ne male scrupulus habeat Alilpum. Hem, quem audio strepitum? O boni successus: ad Christiolum Philocondus deducitur: vel reducitur potius. Ibo: ut amborum sortem crebris vocibus contemnem. Vos spectatores valete: agentur cætera in occulto: nã & Helionoræ fortuna laborat: quæ Trilo proculdubio addicetur. Congruentius par in his maxime, quæ exquiruntur in contrahendo: vidit nullus.

Magno haud quidem negotio Philocondus impetrabit a Milione: eius maritandam talem non amitti occasionem: nec Sardiniam pænituerit: in sortem Helionoram cedere congruentem: cui bene vult, cupitq; non agendo solum, sed re etiam iuuando, prodesse quam plurimum. Iterum spectatores valete: & felicitatem in abeundo novæ nuptæ ominamini, plaudentes.

SCHOLIA IN SCAENAM PRAECEDENTEM.

Distractum communitum: et loquitur parasitice ad captandum iam risum, iam admirationem et timorem pro cuiusq; ingenio et natura. Gult enim ut sibi ipsi properanti cedant omnes: et viam relinquunt expeditam. Non pili, nibili nulliusq; valoris. *Tricas* (impedimenta et implicationes. Apud superos) in hac vita: superi sunt viventes, inferi mortui. *Acherontinus* hospes inferorum ab Acheronte fluvio. *Parcarum stamina* nota est fabula parcarum. *Deliquium* defectum: unde deliquium solis: conciderat enim Christiola repentina mentis defectione. *Laptabunda* insidiatrix. *Distrabenda* vendenda. *Sorsitanti* (bus) qui pollicentur cum hoc temperamento forsitan. *Trivulitio* Trivulitium aut nullius est sit

gnificationis: aut fila sunt putria: que de telis ca-
dunt. Ad dicitur) adiungeretur. Eminamini)
auguramini, est enim omen augurium.

FINIS.

CVBVRGIS IN OFFICINA
IOANNIS IVNTAE MEN
SE OCTOBRI ANNO
M.D.XXXV.



Errata que per incuriam fefellerunt.
Pagella. 2. linea. 8. civilia. Pag. 5. li. 4. appulit.
Eadem pag. li. 18. transigeret. Pag. 5. li. 20. alias.
Pag. 16. li. 13. ni vis. Eadem pag. li. penultima. re
ferre. Eadem pag. li. vltima. refero. Pa. 31. li. 10.
et pag. 34. li. 27. et pag. 35. li. 1. cereo sine diphth.
Pag. 47. li. 21. eaq. Pagel. 48. li. 4. dictionem.
Pag. 50. li. 13. salve parasite. Pag. 59. li. 24. Pbi
locondus. Pag. 66. li. 17. omentatos. Pag. 74.
li. 5. maiorum. Pag. 86. li. 3. cōcionatore. Eades
pag. li. 5. differri. Pa. 88. li. 5. inuitam. 2 li. 10. quid
dñ. Pag. 94. li. 15. animi. Pag. 97. li. 13. quid dñ?
Pa. 98. li. 3. lepida. Pag. 132. li. II. psecuta. Pag.
134. li. 13. palliatus pallio innolutus. Pag. 141.
li. vltima Porcia. Pag. 144. li. 14. porcia.

